This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
113
352

Ga-113.352.


VE RI
TAS
HARVARD COLLEGE
LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
KONRAD VON MAVRER
OF MVNICH
THE GIFT OF
ARCHIBALD CARY COOLIDGE
— CLASS OF 1887 —
ASSISTANT PROFESSOR OF HISTORY
1904

Seiner Excellenz dem Herrn Staatsrath von Maurer

in tiefster Ehrfurcht

Der Verfasser.

SYMBOLAE CRITICAE

IN

ARISTOTELIS

PHYSICAS AUSCULTATIONES.

VIRO ILLUSTRISSIMO

FRIDERICO THIERSCH

PRAECEPTORI PATRONO FAUTORI

DIEM NATALEM

A. D. XV. CAL. IUL. A. MDCCCXLIII.

PIE ET REVERENTER

GRATULATUR

CAROLUS PRANTL.

BEROLINI.
Guilelmus Besser.
1843

Ga 113.352

Harvard College Library
Von Maurer Collection
Gift of A. C. Coolidge
Jan. 14, 1904

Quo quis plura et maiora in nos beneficia congessit et quo vehementius animus nos impellit, ut, non in ingratos ea cumulata esse, profiteamur et testemur, eo magis debiles nos esse et impares sentimus, non dico re et factis referendo, sed verba etiam ipsa tanquam trita et vulgaria animum aequare non posse summopere dolemus. Sed suavissimum tamen idemque honorificentissimum et ipsis nobis est, si, quot et quanta viro praeclarissimo debeamus, publice fateri et, quid sentiamus saltem, enuntiare licet.

Ita Tu quoque, **FRIDERICE THIERSCH**, vir illustrissime atque ornatissime, sinas, quaeso, ut grato nunc animo dicam, quanta clementia Tu sodalem me Seminarii Philologici Monacensis institueris atque docueris, quanta benignitate Tu meum in hanc Berolinensem litterarum universitatem proficiscendi consilium adiveris, quot denique consiliis Tu me rexeris et ad

finem persequendum incitaveris, — et permittas, ut hoc die Tibi congratulantium agmini e longinquo me adiungam vehementissime cupiens atque optans, ut hanc lucem et Tuis exoptatissimam et omnibus litterarum amicis celeberrimam per longam annorum seriem revertentem firmissima virium et corporis valetudine iucundissimaque tranquillitate videas.

Accipias quaeso, Vir Illustrissime, huncce libellum, quo utinam digniora proferre possim, quae Tuo nomiue exornem, et, qua es clementia et humanitate, tamquam tenue grati animi testimonium iudices.

Tuam vero, Vir Illustrissime, in me benevolentiam ut mihi in futurum serves, rogo atque obsecro.

Scripsi Berolini m. Iun. MDCCCXLIII.

Universam Aristotelis philosophiam ut penitus intelligere possimus, singulos libros accuratissimo studio summaque animi intentione examinare debemus atque perscrutari, neque despicere licet singulorum verborum investigationem, quae ad totam philosophi doctrinam animo percipiendam nil conferat, sed id ipsum quaerendum est, ut verba primum proprio sensu intelligamus neque alienam auctori doctrinam obtrudamus. Ii itaque loci, quorum sensus minus aperte perspicitur, summa diligentia examinandi et, quando librariorum tantum culpa depravati apparuerint, maxima cura emendandi sunt, quod ut iam firma quadam ratione in Aristotelis libris fieri possit, plurima in editione Berolinensi adiumenta allata sunt, quum antea in dubia textus auctoritate et fide de vera lectione vix aliquid suspicari licuerit.

Ad physicarum auscultationum libros ars critica nondum adhibita est lateque patet coniecturarum campus, quum neque ex versione germanica, quam adnotationibus exstructam Christianus Hermannus Weisse edidit (Lips. 1829) neque ex ista editione, quam nuperrime Carolus Hermannus Weise curavit*), ad emendandos locos difficiles aliquid lucremur. Editionis

*) Conf. *Neue Jenaer Litteratur-Zeitung* 1842, N. 124, pag. 515 - 517.

Berolinensis itaque apparatu critico usi et adhibitis veteribus commentariis graecis (nec omissis recentiorum editorum adnotationibus) veram aliquot locis lectionem invenisse nobis visi sumus, et hae coniecturae, quas nunc publici iuris facimus, ut benigne a viris doctis excipiantur et clementer iudicentur, quantum maxime oramus, et inscitia, non fraude, commissum esse, si quas ab aliis iam prolatas attulimus, obtestamur.

Lib. I, c. 3, pag. 186, 30.

οὐδὲν χωριστόν· οὐ γὰρ ἦ χωριστόν] Aristoteles demonstrans, unum idque immobile elementum cogitari non posse, Parmenidis doctrinam refutat et res, de quibus idem praedicetur, ideo non iam eandem et unam esse dicit; quod ut probet, albi coloris exemplo utitur his verbis: *εἰ μόνα τὰ λευκὰ ληφθείη σημαίνοντος ἓν τοῦ λευκοῦ, οὐδὲν ἧττον πολλὰ τὰ λευκὰ καὶ οὐχ ἓν, οὔτε γὰρ τῇ συνεχείᾳ ἓν ἔσται τὸ λευκὸν οὔτε τῷ λόγῳ* i. e. *si res albas sumpsamus, ideo quia albus color unus est, non iam res albae una tantum sunt, quum neque cohaerentes unum tantum corpus efficiant neque definitione eaedem sint;* his tanquam argumentum haec adnectit: *ἄλλο γὰρ ἔσται τὸ εἶναι λευκῷ καὶ τὸ δεδεγμένῳ* i. e. *aliud enim est album esse et aliud coloris particeps esse* i. e. *etiamsi τὸ λευκῷ εἶναι unum sit, tamen τὸ δεδεγμένῳ εἶναι non unum est:* omnia hucusque bene procedunt, sed quid haec, quae sequuntur: *καὶ οὐκ ἔσται παρὰ τὸ λευκὸν οὐδὲν χωριστόν· οὐ γὰρ ἦ χωριστόν, ἀλλὰ τῷ εἶναι ἕτερον τὸ λευκὸν καὶ ᾧ ὑπάρχει*—? Simplicius, postquam priora bene explicavit, diversas

scilicet et multas esse res albas, ita (fol. 26 init.) concludit: *ὥστε πολλὰ ἔσται τὰ λευκὰ καὶ μενούσης ἀληθοῦς τῆς λεγομένης προτάσεως* (fol. 25 b sub fin. *εἰ γὰρ μόνον εἴη τὸ λευκὸν καὶ μηδὲν ἄλλο, ὡς πᾶν παρὰ τὸ λευκὸν μὴ ὂν εἶναι καὶ τὸ μὴ ὂν μηδὲν, οὐδὲ οὕτως ἐν τῷ ἀριθμῷ δείκνυται τὸ λευκὸν) παρὰ τὸ λευκὸν οὐδὲν, ἄλλος γὰρ ἑκατέρου λόγος καίτοι λευκῶν ἀμφοῖν λεγομένων*, — sed hac ratione si Aristotelis verba intelligenda essent, nil probarent et aequo iure omitti possent. Themistii vero explicatio — (fol. 17 a) *τὸ πλῆθος τῶν λευκῶν εὐφώρατον ἅπαντι, ἀλλ' ἓν μόνον ἔστω τὸ λευκὸν συνεχὲς καὶ ἡνωμένον ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἕν ἐστιν εἰ σκοποίης κατὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ δύο τοὐλάχιστον ἐν αὐτῷ τό τε ὑποκείμενον σῶμα καὶ ἡ λευκότης* — cum verborum nexu, qualem apud Aristotelem legimus, non consentit, et obscurum manet, cur auctor nunc dicere voluerit, colorem a re separari non posse; et hac ipsa difficultate motus Philoponus ad eam explicationem confugit, ut dixerit, Aristotelem cavere voluisse, ne Platonis ideam a re separabilem docere videretur; — hoc vero ineptum esse nemo non videt. Si autem tenemus, quid Aristoteles probare voluerit, iam apparet, omnem rem in eo versari, ut doceatur, *multas res, etiamsi unum quoddam de iis praedicetur, ideo non unam rem esse;* nil aliud vero monstratum erat, quam colorem ipsum et rem eum gerentem confundi non debere, et praecipuum igitur argumentum, res scilicet misso colore plures esse, adhuc desideratur, quod quidem in verbis *καὶ οὐκ ἔσται παρὰ τὸ λευκὸν οὐδὲν χωριστόν* nobis latere

videtur, quae, si post *οὐδέν* inserueris *ἕν*, optimum huncce praebeant sensum: *et iam igitur* (quum diversus sit color a re ipsa) *nullae res* (*οὐδὲν*) *una res erunt* (*ἓν ἔσται*), *si disiunctae erunt* (*χωριστὸν*) *ab illo albo colore* (*παρὰ τὸ λευκὸν*). Postremorum vero verborum — *οὐ γὰρ ᾗ χωριστὸν, ἀλλὰ τῷ εἶναι ἕτερον τὸ λευκὸν καὶ ᾧ ὑπάρχει* — sensum quidem acu tetigit Simplicius explicans: *καὶ οὐ δεῖ ταράττεσθαι μὴ ἀναγκασθῶμεν, ἕτερον τῷ λόγῳ λέγοντες τὸ συμβεβηκὸς παρὰ τὸ ὑποκείμενον χωριστὴν αὐτῷ* (sc. *Παρμενίδῃ*) *δοῦναι τοῦ ὑποκειμένου τὴν ὑπόστασιν, οὐ γὰρ ἀνάγκη, ὧν ὁ λόγος ἕτερος, ταῦτα καὶ καθ' ὑπόστασιν ἀλλήλων κεχωρίσθαι*, — et similiter circumscribit Philoponus: *δύο δ' οὐχ ὡς δυνάμενα χωρὶς ἀλλήλων ὑποστῆναί ποτε, τοῦτο μὲν γὰρ ἀμήχανον ὅλως, λευκὸν εἶναί τι καθ' ἑαυτὸ χωρὶς ὑποκειμένου τινός*, — (minus bene Themistius h. l. explicavit) —, sed verborum lectionem perturbatam esse, inde iam apparet, quod enunciatum verbo caret. Is autem, quem desideramus, sensus repetito vocabulo *χωριστόν* evadit: *οὐ γὰρ ᾗ χωριστὸν, χωριστὸν, ἀλλὰ τῷ εἶναι ἕτερον τὸ λευκὸν καὶ ᾧ ὑπάρχει* i. e. *non enim quatenus natura sua vere separabilis esse debeat, color separabilis est, sed logice tantum, quum diversae res sint color et id, quod colore affectum est.* Relativum adverbium *ᾗ* ea, qua nos h. l. explicamus, significatione ab Aristotele usurpatum esse, docent loci phys. ausc. III, 1, p. 201, 11 ubi *κίνησις* definitur *ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν, οἷον τοῦ μὲν ἀλλοιωτοῦ, ᾗ ἀλλοιωτὸν, ἀλλοίωσις*, — et ibidem v. 28 *ἡ τοῖ δυ-*

νάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ κινητὸν, κίνησις, — omnium vero simillimus locus est d. anim. I, 1, p. 403, b, 9: *ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης τὰ μὴ χωριστὰ, μηδ' ᾗ χωριστὰ, ἀλλ' ὁ φυσικὸς κ. τ. λ.**)

Lib. I, c. 3, pag. 186, b, 5.

ἀλλ' ἐκείνῳ] Iam veteribus difficultatem moverunt verba: *εἰ οὖν τὸ ὅπερ ὂν μηδενὶ συμβέβηκεν, ἀλλ' ἐκείνῳ, τί μᾶλλον τὸ ὅπερ ὂν σημαίνει τὸ ὂν ἢ μὴ ὄν;* — universus cum ceteris nexus postulat, ut monstretur, illud, quod *τὸ ὅπερ ὂν* vocatur, nulli rei tanquam *συμβεβηκὸς* esse, illi vero omnes ceteras res, et in hunc quoque sensum Simplicius explicavit: *εἰ τὸ κυρίως ὂν, ὃ καλοῦμεν ὅπερ ὂν, μηδενὶ ἄλλῳ συμβέβηκεν, ἀλλ' ἐκείνῳ ἄλλο τι συμβέβηκεν,* — Philoponus autem dubius haeret, num simili ratione explicare debeat (*εἰ οὖν ἀδύνατον τὸ ὅπερ ὂν συμβεβηκέναι τινὶ, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ ὅπερ ὄντι συμβέβηκεν ἕτερόν τι, τουτέστι τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκὸς*) an mutata interpunctione verba *τί μᾶλλον* cum illis *ἀλλ' ἐκείνῳ* iungere; hac autem ratione verba statim sequentia (*τὸ ὅπερ ὂν σημαίνει τὸ ὂν ἢ μὴ ὄν*) sensu cassa redduntur, cum Simplicio vero ne verba *ἄλλο τι* vel *ἕτερόν τι* ex mente suppleamus, linguae usu prohibemur. Iam si pro *ἀλλ'*

---

*) Saepius in Aristotelis codicibus, si quae bis ponenda erant, altera vice omittuntur ut e. g. phys. ausc. III, 1, p. 200, b, 26, quo loco vir cum eximia semper reverentia nobis nominandus, Leonardus Spengel (in commentatione de septimo physicorum libro, *Abhdl. d. Münch. Acad. d. Wissensch.* III, 2, p. 311) verba *τὸ δὲ δυνάμει* bis ponenda esse data occasione docuit.

scripserimus *τἆλλα δ'*, sensus, quem quivis desiderat, sponte prodit, neque timendum erit, ne auctorem ipsum, non librarium, correxerimus.

Lib. II, c. 1, pag. 192, 13.

τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, τὰ δὲ κατ' αὔξησιν καὶ φθίσιν, τὰ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν] Deest *γένεσις καὶ φθορὰ*, quo eo magis offendi possimus, quum initio libri tertii (c. 1, p. 200, b, 32—201, 15), ubi *κίνησις* definitur, disertis verbis quatuor motus modi numerentur: *οὐκ ἔστι κίνησις παρὰ τὰ πράγματα, μεταβάλλει γὰρ τὸ μεταβάλλον ἢ κατ' οὐσίαν ἢ κατὰ ποσὸν ἢ κατὰ ποιὸν ἢ κατὰ τόπον, ... ἕκαστον δὲ διχῶς ὑπάρχει πᾶσιν, οἷον τὸ τόδε* (sc. *οὐσία*, quod spectat *γένεσιν καὶ φθοράν*), *τὸ μὲν γὰρ μορφὴ αὐτῶν τὸ δὲ στέρησις· καὶ κατὰ τὸ ποιὸν* (i. e. *ἀλλοίωσις*), *τὸ μὲν γὰρ λευκὸν τὸ δὲ μέλαν· καὶ κατὰ τὸ ποσὸν* (i. e. *αὔξησις καὶ φθίσις*) *τὸ μὲν τέλειον τὸ δ' ἀτελές· ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν φορὰν* (i. e. *ἡ κατὰ τόπον κίνησις*) *τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, ... ὥστε κινήσεως καὶ μεταβολῆς ἔστιν εἴδη τοσαῦτα ὅσα τοῦ ὄντος .... ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν, οἷον τοῦ μὲν ἀλλοιωτοῦ, ᾗ ἀλλοιωτόν, ἀλλοίωσις, τοῦ δὲ αὐξητοῦ καὶ τοῦ ἀντικειμένου φθιτοῦ ... αὔξησις καὶ φθίσις, τοῦ δὲ γενητοῦ καὶ φθαρτοῦ γένεσις καὶ φθορά, τοῦ δὲ φορητοῦ φορά.* Huic vero ipsi loco alius rursus contradicit, quo Aristoteles eorum opinionem, qui motum sine vacuo non esse posse putaverint,

refutat et in omni saltem motu id non esse dicit (IV, 7, p. 214, 26): *οὐδεμία δ' ἀνάγκη, εἰ κίνησις ἔστιν, εἶναι κενόν· ὅλως μὲν οὖν πάσης κινήσεως οὐδαμῶς ...., ἀλλοιοῦσθαι γὰρ τὸ πλῆρες ἐνδέχεται, ἀλλὰ δὴ οὐδὲ τὴν κατὰ τόπον κίνησιν, ἅμα γὰρ ἐνδέχεται ὑπεξιέναι ἀλλήλοις, οὐδενὸς ὄντος διαστήματος χωριστοῦ παρὰ τὰ σώματα τὰ κινούμενα· καὶ τοῦτο δῆλον καὶ ἐν ταῖς τῶν συνεχῶν δίναις, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς τῶν ὑγρῶν· ἐνδέχεται δὲ καὶ πυκνοῦσθαι μὴ εἰς τὸ κενὸν ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ ἐνόντα ἐκπυρηνίζειν οἷον ὕδατος συνθλιβομένου τὸν ἐνόντα ἀέρα, καὶ αὐξάνεσθαι οὐ μόνον εἰσιόντος τινὸς ἀλλὰ καὶ ἀλλοιώσει, οἷον εἰ ἐξ ὕδατος γίνοιτο ἀὴρ* — i. e. *sine vacuo facile explicari posse ἀλλοίωσιν et φορὰν et αὔξησιν*, — *γένεσις* vero *καὶ φθορὰ* h. l. tanquam ad *πάσην κίνησιν* non pertinentes silentio praetermittuntur. Ex hac autem discrepantia non concludere licet, quartam motus speciem iis locis, ubi tres tantum nominentur, excidisse, aut, ubi quatuor, aliunde insertam esse, quum universa de hac re philosophi doctrina ex pluribus locis eruta hanc difficultatem prorsus solvat. Primum enim animadvertendum, illo loco, quo quatuor motus numerantur, vocabula *κίνησις* et *μεταβολὴ* sine discrimine usurpari (*οὐκ ἔστι δὲ κίνησις παρὰ τὰ πράγματα, μεταβάλλει γὰρ τὸ μεταβάλλον κ. τ. λ.* et *ὥστε κινήσεως καὶ μεταβολῆς ἐστιν εἴδη τοσαῦτα*), quod non temere factum esse, ex auctoris ipsius verbis (IV, 10, p. 218, b, 19) elucet: *μηδὲν δὲ διαφερέτω λέγειν ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι κίνησιν ἢ μεταβολήν* — ubi de tempore agit, ad cuius rationem relatus motus

certe a mutatione non differt. Hoc autem ipsum discrimen Aristoteles in primo et secundo libri quinti capite docet; postquam enim dixit (p. 225, 7), triplicem esse mutationem — *ὥστε ἀνάγκη ἐκ τῶν εἰρημένων τρεῖς εἶναι μεταβολὰς, τήν τε ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον καὶ τὴν ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκείμενον καὶ τὴν ἐκ μὴ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον* — iam probat, neque *γένεσιν* neque *φθορὰν* motum esse (v. 25): *ἀδύνατον γὰρ τὸ μὴ ὂν κινεῖσθαι, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὴν γένεσιν κίνησιν εἶναι .... οὐδὲ δὴ ἡ φθορὰ κίνησις, ἐναντίον μὲν γὰρ κινήσει ἢ κίνησις ἢ ἠρεμία, ἡ δὲ φθορὰ γενέσει ἐναντίον· ἐπεὶ δὲ πᾶσα κίνησις μεταβολή τις, μεταβολαὶ δὲ τρεῖς αἱ εἰρημέναι, τούτων δὲ αἱ κατὰ γένεσιν καὶ φθορὰν οὐ κινήσεις, αὗται δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀντίφασιν, ἀνάγκη τὴν ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον μεταβολὴν κίνησιν εἶναι μόνην* h. e. non omnem mutationem esse motum, mutationem enim complecti *γένεσιν καὶ φθορὰν* et motum, motus vero tria esse genera (p. 225, b, 7) *ἀνάγκη τρεῖς εἶναι κινήσεις τήν τε τοῦ ποιοῦ καὶ τὴν τοῦ ποσοῦ καὶ τὴν κατὰ τόπον· κατ' οὐσίαν δ' οὐκ ἔστι κίνησις διὰ τὸ μηδὲν εἶναι οὐσίᾳ τῶν ὄντων ἐναντίον.* Tres igitur recte motus enumerantur c. 2 (p. 226, 24—35) *λείπεται κατὰ τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποῦ κίνησιν εἶναι μόνον .... ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσίς ἐστι .... ἡ δὲ κατὰ τὸ ποσὸν αὔξησις καὶ φθίσις ... ἡ δὲ κατὰ τόπον ἔστω φορὰ καλουμένη*, — ita VII, 2, p. 243, 6 *ἐπεὶ δὲ τρεῖς εἰσι κινήσεις ἥ τε κατὰ τόπον καὶ κατὰ τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν, ἀνάγκη καὶ τὰ κινούμενα τρία, ἡ*

μὲν οὖν κατὰ τόπον φορὰ, ἡ δὲ κατὰ τὸ ποιὸν ἀλλοίωσις, ἡ δὲ κατὰ τὸ ποσὸν αὔξησις καὶ φθίσις, — et VIII, 7, p. 260, 26 τριῶν δ' οὐσῶν κινήσεων τῆς τε κατὰ μέγεθος καὶ τῆς κατὰ πάθος καὶ τῆς κατὰ τόπον, ἣν καλοῦμεν φοράν ..... etiam d. Coel. IV, 3, p. 310, 23 ἐπεὶ γάρ εἰσι τρεῖς αἱ κινήσεις ἡ μὲν κατὰ μέγεθος, ἡ δὲ κατ' εἶδος, ἡ δὲ κατὰ τόπον... ibid. b, 22 τὸ μὲν ἐν τῷ ποιῷ τὸ δ' ἐν τῷ ποσῷ μεταβάλλει καὶ ἐν τόπῳ τὰ μὲν κοῦφα ἄνω τὰ δὲ βάρεα κάτω, — et d. gen. et corr. I, 1, p. 314, b, 27 ἄν τε μεταβάλλῃ κατὰ τόπον ἄν τε κατ' αὔξησιν καὶ φθίσιν ἄν τε κατ' ἀλλοίωσιν, — et secernuntur etiam γένεσις καὶ φθορὰ a ceteris c. 2 init. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἁπλῆς λεκτέον .... καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶν κινήσεων, οἷον περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως (h. l. ἡ κατὰ τόπον non commemoratur, quia de ea iam in phys. ausc. actum erat). Sed ubi de motu simul et mutatione sermo est (sicut phys. ausc. III, 1), iam γένεσις καὶ φθορὰ inter ceteras recensentur et quodammodo quatuor motus genera apparent, ita VIII, 7, p. 261, 27 ὅτι μὲν τοίνυν τῶν κινήσεων ἡ φορὰ πρώτη, φανερὸν ἐκ τούτων ..... ὅτι μὲν οὖν τῶν ἄλλων κινήσεων (praeter φορὰν scil.) οὐδεμίαν ἐνδέχεται συνεχῆ εἶναι, ἐκ τῶνδε φανερόν· ἅπασαι γὰρ ἐξ ἀντικειμένων εἰς ἀντικείμενά εἰσιν αἱ κινήσεις καὶ μεταβολαί, οἷον γενέσει μὲν καὶ φθορᾷ τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν ὅροι, ἀλλοιώσει δὲ τἀναντία πάθη, αὐξήσει δὲ καὶ φθίσει ἡ μέγεθος ἡ μικρότης ἡ τελειότης μεγέθους καὶ ἀτέλεια. Mutationem inde solam in quatuor species dividi, quum per se patet tum auctoris verbis confirmatur

d. gen. et corr. I, 4, p. 319, b, 31 *ὅταν μὲν οὖν κατὰ τὸ ποσὸν ᾖ ἡ μεταβολὴ τῆς ἐναντιώσεως, αὔξη καὶ φθίσις, ὅταν δὲ κατὰ τόπον, φορὰ, ὅταν δὲ κατὰ πάθος καὶ τὸ ποιὸν, ἀλλοίωσις, ὅταν δὲ μηδὲν ὑπομένῃ οὗ θάτερον πάθος ἢ συμβεβηκὸς ὅλως, γένεσις τὸ δὲ φθορὰ* et c. 5, p. 320, 12 *ὅτι ἡ μὲν ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μεταβολὴ οἷον ἐκ δυνάμει οὐσίας εἰς ἐντελεχείᾳ οὐσίαν, γένεσίς ἐστιν, ἡ δὲ περὶ μέγεθος αὔξησις καὶ φθίσις, ἡ δὲ περὶ πάθος ἀλλοίωσις.* Atque nunc demum elucet, cur Aristoteles in elementis i. e. igne, aëre, aqua, terra, quorum motum nil aliud quam motum ad formam propriam esse dicit (d. Coel. IV, 3, p. 310, 33), etiam *γένεσιν* cum motu fere confundat (l. c. p. 311, 4): *φανερὸν δὴ, ὅτι δυνάμει ὂν εἰς ἐντελέχειαν ἰὸν ἔρχεται ἐκεῖ καὶ εἰς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, οὗ ἡ ἐντελέχεια καὶ ὅσου καὶ οἵου καὶ ὅπου.* Ex his itaque omnibus apparet, *κίνησιν* proprie dictam in tres species dividi, *μεταβολὴν* vero in quatuor, et optime ab illo loco, quem initio posuimus, *γένεσιν* et *φθορὰν* abesse.

Lib. II, c. 2.

Huius capitis extrema pars multum depravata et mutilata in codicibus nobis relicta est, et, quemadmodum saepius in Aristotelis operibus accidere solet, plura menda in unum locum ita congesta sunt, ut ne optimi quidem codices verae lectionis vestigia servaverint, unde fere semper agnoscere licet, quando primus quidam codex, ex quo nostri fluxere, et ipse corruptus fuerit. Ita in hoc capite apertum primum mendum

inest verbis (p. 194, 7): *δηλοῖ δὲ καὶ τὰ φυσικώτερα τῶν μαθημάτων, οἷον ὀπτικὴ καὶ ἁρμονικὴ καὶ ἀστρολογία· ἀνάπαλιν γὰρ τρόπον τιν' ἔχουσι τῇ γεωμετρίᾳ· ἀλλ' ἡ μὲν γεωμετρία περὶ γραμμῆς φυσικῆς σκοπεῖ, ἀλλ' οὐχ ᾗ φυσική, ἡ δ' ὀπτικὴ μαθηματικὴν μὲν γραμμήν, ἀλλ' οὐχ ᾗ μαθηματική ἀλλ' ᾗ φυσική,* — nam illud *ἀλλὰ* ante *ἡ μὲν* sensu caret, neque vero lectio *ἡ μὲν γὰρ*, quam codex F et optimus ille E (et hic quidem recentiore manu illatam) praebent, genuina esse videtur*), — sed scribendum potius *εἰ ἡ μέν*. Plura perturbata videntur in verbis, quae sequuntur (v. 18) *πότερον οὖν τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης ἑκατέραν γνωρίζειν; εἰς μὲν γὰρ τοὺς ἀρχαίους ἀποβλέψαντι δόξειεν ἂν εἶναι τῆς ὕλης*, — quorum sensum quivis intelligit et iam Simplicius, Themistius, Philoponus bene explicavere; duplex enim quum sit natura — *ὕλη* et *εἶδος* — Aristoteles quaerit, *num hae duae partes in diversas cadant scientias, veteres autem* dicit *philosophos materiem tantum perscrutatos esse* (*ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο*), — sed in verbis haeremus, quum non solum post verba *τῆς αὐτῆς* desideremus *ἐπιστήμης*, quod aliunde intelligi ne-

*) Codici F omnino dubiis locis non multum tribuendum est, quippe qui plerumque id praebeat, quod prima specie quisque exspectet ac scriptum velit; ideoque quo faciliores sunt eius lectiones, eo cautius in textum recipiendae; ex innumeris exemplis unum est II, 4, p. 196, 28, ubi *λέγοντες γὰρ* prima verba anacoluthi sunt, quo vix offendamur, in illo autem codice *γὰρ* omissum et *λέγοντες* in *λέγοντας* mutatum est (ita ut a verbo antecedenti *θαυμάσαι* pendeat); in quo recentiorem emendationem facile agnoscimus.

quit, sed etiam genitivus τῆς ὕλης prorsus non sit quo referatur; bene omnia procederent, si inserto illo ἐπιστήμης etiam pro τῆς ὕλης legatur ἄλλης hoc sensu: *num igitur eiusdem est scientiae an diversarum utramque naturae partem cognoscere? veteres quidem si quis spectaret, facile diversarum esse videretur, nam Empedocles et Democritus formam et definitionem paullulum tantum tetigere.* — Neque minus sensui contradicit lectio nobis tradita verborum (v. 28) ἡ δὲ φύσις τέλος καὶ οὗ ἕνεκα, — toto enim hoc capite quum Aristoteles docere voluerit, physici esse, universam naturam, et materiem et formam, complecti, demonstravit, eiusdem esse scientiae ὕλην et εἶδος scire; et iam addit: ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα i. e. *verum etiam ad eandem scientiam pertinent finis et id, quod finis causa fit*, — statim deinde sequuntur illa verba: ἡ δὲ φύσις τέλος καὶ οὗ ἕνεκα, quae mutanda esse in ἡ δὲ φύσις τέλος καὶ ἕνεκά του facile apparet, i. e. *est vero in natura non solum finis, sed etiam id, quod finis causa fit;* esse autem naturam revera ἕνεκά του, aperte auctor ipse dicit c. 7, p. 198, b, 4 ὥστε ἐπεὶ ἡ φύσις ἕνεκά του, καὶ ταύτην εἰδέναι δεῖ καὶ πάντων ἀποδοτέον τὸ διὰ τί, et ex eius doctrina in natura finis est τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, id vero, quod finis causa fit (τὸ ἕνεκά του) ἡ ὕλη. His ipsis itaque verbis Aristotelem monere, ut physici non solum formam sed etiam materiem contemplentur, id iam Alexander apud Simpl. fol. 67 (μὴ μόνον τὸ εἶδος, ὅπερ ἐστὶν ἡ κυρίως φύσις, ἀλλὰ καὶ τὴν ὕλην, οὕτω γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος ἀκούει) intellexit,

quo accedit verborum ipsorum nexus, quorum altera pars (v. 29 *ὧν γὰρ συνεχοῦς κ. τ. λ.* usque ad b, 9) *τὸ τέλος* seu *τὸ οὗ ἕνεκα* respicit, altera (b, 9 *ἔστι τῶν πρός τι ἡ ὕλη, ἄλλῳ γὰρ εἴδει ἄλλη ὕλη*) *τὸ ἕνεκά του.* — Porro b, 4 pro verbis *ἡ ἀρχιτεκτονικὴ, ἡ δὲ* legendum est *ἡ δὲ ἀρχιτεκτονικὴ*, in antecedentibus enim quum Aristoteles dixerit, duo esse artium genera, alteram *τέχνην χρωμένην*, alteram vero *ἀρχιτεκτονικὴν*, quae ad *ποιητικὰς* pertineat, iam harum discrimen non in eo ponere potest, ut *ἀρχιτεκτονικὴ τοῦ εἴδους γνωριστικὴ, χρωμένη* vero *τῆς ὕλης ποιητικὴ* sit; sin mutaverimus, quemadmodum diximus, optime omnia procedunt: *δύο αἱ ... τέχναι, ἥ τε χρωμένη καὶ τῆς ποιητικῆς ἡ ἀρχιτεκτονικὴ, διὸ καὶ ἡ χρωμένη ἀρχιτεκτονική πως, διαφέρει δὲ ᾗ ἡ μὲν τοῦ εἴδους γνωριστικὴ, ἡ δὲ ἀρχιτεκτονικὴ ὡς ποιητικὴ τῆς ὕλης,* — et sic demum exemplum, quod sequitur, congruit: *ὁ μὲν γὰρ κυβερνήτης* (i. e. *ὁ χρώμενος*) *ποιόν τι τὸ εἶδος τοῦ πηδαλίου γνωρίζει καὶ ἐπιτάττει, ὁ δὲ* — iam vero excidit vocabulum *ἀρχιτέκτων — ἐκ ποίου ξύλου καὶ ποίων κινήσεων ἔσται.* — Longe autem difficillima postrema huius capitis verba sunt. Aristoteles postquam docuit, neutram naturae partem physico negligendam esse, ita pergit (p. 194, b, 9): *μέχρι δὴ πόσου τὸν φυσικὸν δεῖ εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἐστιν; ἢ ὥσπερ ἰατρὸν νεῦρον ἢ χαλκέα χαλκὸν, μέχρι του· τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον, καὶ περὶ ταῦτα, ἅ ἐστι χωριστὰ μὲν εἴδει, ἐν ὕλῃ δέ· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος· πῶς δ' ἔχει τὸ χωριστὸν καὶ τί ἐστι, φιλοσοφίας τῆς πρώτης διορίσαι ἔργον·* — ita

Bekkerus interpunxit, sed verba *τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον* sublata maiore interpunctione ante *τινὸς* et minore post *ἕκαστον* parenthetice summenda sunt, ita ut sensus sit: *quatenus igitur physicus etiam formam et definitionem scire debet? an forte, sicut etiam medicus nervum et faber aes, aliquatenus tantum (omnia enim finis cuiusdam causa sunt) et in iis (tantum) rebus, quae separari quidem possunt, quod attinet formam, in materia vero tamen haerent.* Iam vero verba *ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος* quid sibi volunt? priora, *ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ*, a sensu non absona sunt, nam in hominis generatione non sufficit mera materies, quum homo ex ea tum demum fiat, si forma accesserit humana*); exemplum itaque est, quomodo forma definitione quidem separari possit, in materia autem inhaerere debeat, — sed verba *καὶ ἥλιος* sensu prorsus carent; Philoponus ita explicat, tanquam sol et ipse ad terram appropinquans et ab ea recedens hominem gignere possit, quae gignendi vis solis etiamsi ab Aristotele ipso (d. gen. et corr. II, 10) doceatur, hoc tamen loco tantum abest ut aliquid probet, ut fere absurdum sit, eam ad haec verba explicanda adhibere; sed excidisse nonnulla etiam in his verbis videntur (propter *ὁμοιοτέλευτον* fortasse), et hac fere ratione lacuna explenda: *καὶ ἥλιος μὴ θερμαίνων οὐκέτι ἥλιος* vel *καὶ ἥλιος μὴ τῇ κύκλῳ φορᾷ κινούμενος οὐκέτι ἥλιος* vel *καὶ ἥλιος μὴ ἀνατέλλων καὶ δύνων οὐκέτι ἥλιος*, quorum omnium fere idem sensus hic foret: *et*

*) Conf. d. gener. anim. I, 20 sq. et II, 1.

sol quoque, si ea certa forma vel definitione, quam nunc habet, caruerit, iam non amplius erit sol i. e. *etiam in sole forma materiei inhaeret, etiamsi logice separari possit**). Certa sane talibus locis vix proferri possunt et in eo fere acquiescendum erit, ut ex verbis antecedentibus et sequentibus eorum, quae desiderantur, sensum tantummodo eruamus.

Lib. II, c. 6, pag. 197, b, 23.

Discrimen hoc capite Aristoteles demonstrat, quod intercedat inter τὸ ἀπὸ τύχης et τὸ αὐτόματον et argumentum quoque affert ex significatione, quam habeat τὸ μάτην, his verbis: σημεῖον δὲ τὸ μάτην, ὅτι λέγεται ὅταν μὴ γένηται τὸ ἕνεκα ἄλλου ἐκείνου ἕνεκα, quae sensu carent; quid enim est: *si quid, quod propter aliud quoddam est, non propter id est?* — sed patet, pro ἐκείνου legendum esse ἐκεῖνο οὗ: *dicitur itaque* τὸ μάτην, *si id, quod propter aliud quoddam fit, id ipsum, propter quod geritur, non fit,* — atque sic demum restitutis verbis exemplum congruit οἷον τὸ βαδίσαι λαπάξεως ἕνεκά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἐγένετο βαδίσαντι, μάτην φαμὲν βαδίσαι καὶ ἡ βάδισις ματαία, ὡς τοῦτο ὂν τὸ μάτην τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ περαίνῃ ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα ἐπεφύκει. Iam Simplicius (fol. 79) et Philoponus illa verba recte explicarunt, ille: ὅταν τὸ ἕνεκα ἄλλου γινόμενον μὴ ἐκεῖνο ἔχῃ τέλος, οὗ ἕνεκα

*) Similiter in libris d. part. anim. et d. gener. anim. saepius Aristoteles dicit, solam materiem carnis vel sanguinis vel ossium nondum carnem vel sanguinem vel ossa efficere, nisi forma animata — ψυχὴ — accedat.

ἐγίγνετο, — hic: *μάτην τὸ πεφυκὸς μὲν ἄλλου ἕνεκα γίγνεσθαι, ἀποτυγχάνον δὲ τοῦ τέλους.*

Lib. III, c. 5, pag. 205, b, 13.

ἀλλ' ὅτι οὐ πέφυκεν οὕτως· καίτοι ἐξείη ἂν λέγειν] de quibus verbis ut disputare possimus, etiam antecedentia exscribamus oportet: *Ἀναξαγόρας δ' ἀτόπως λέγει περὶ τῆς τοῦ ἀπείρου μονῆς, στηρίζειν γὰρ αὐτό φησι τὸ ἄπειρον, τοῦτο δὲ ὅτι ἐν αὑτῷ· ἄλλο γὰρ οὐδὲν περιέχει, ὡς ὅπου ἄν τι ᾖ, πεφυκὸς ἐνταῦθα εἶναι· τοῦτο δ' οὐκ ἀληθὲς, εἴη γὰρ ἄν τί που βίᾳ καὶ οὐχ οὗ πέφυκεν· εἰ οὖν ὅτι μάλιστα μὴ κινεῖται τὸ ὅλον (τὸ γὰρ αὑτῷ στηριζόμενον καὶ ἐν αὑτῷ ὂν ἀκίνητον εἶναι ἀνάγκη), ἀλλὰ διὰ τί οὐ πέφυκε κινεῖσθαι, λεκτέον, οὐ γὰρ ἱκανὸν τὸ οὕτως εἰπόντα ἀπηλλάχθαι· εἴη γὰρ ἂν καὶ ὁτιοῦν ἄλλο οὐ κινούμενον, ἀλλὰ πεφυκέναι οὐδὲν κωλύει, ἐπεὶ καὶ ἡ γῆ οὐ φέρεται, οὐδ' εἰ ἄπειρος ἦν, εἱργμένη μέντοι ἀπὸ τοῦ μέσου, ἀλλ' ὅτι οὐ πέφυκεν οὕτως· καίτοι ἐξείη ἂν λέγειν ὅτι στηρίζει αὐτήν· εἰ οὖν μηδ' ἐπὶ τῆς γῆς τοῦτο αἴτιον ἀπείρου οὔσης, ἀλλ' ὅτι βάρος ἔχει, τὸ δὲ βάρυ μένει ἐπὶ τοῦ μέσου, ἡ δὲ γῆ ἐπὶ τοῦ μέσου, ὁμοίως ἂν καὶ τὸ ἄπειρον μένοι ἐν αὑτῷ διά τιν' ἄλλην αἰτίαν καὶ οὐχ ὅτι ἄπειρον καὶ στηρίζει αὐτὸ αὑτό.* Sensus est: *Anaxagoras, qui infinitum manere putat, ineptam affert causam, infinitum scilicet dicens a se ipso fulciri, quum in se ipso sit, nil enim aliud id circumdare* (pro *περιέχει* fortasse *περιέχειν* scribendum est, quamquam apud Aristotelem exempla mutatae constructionis non desunt), *quasi omnia ibi a natura*

esse debeant, ubi sunt, sed facile aliquid cogitari potest, quod invitum aliquo loco maneat neque eo loco sit, quo a natura esse debeat; utique igitur dicendum foret, cur a natura immobile esse debeat, dicto enim tantummodo rem absolvere non licet, quum nil obstet, quin multae res, quae non moveantur, a natura tamen se movendi facultate praeditae sint, sicut terra (quae in medio mundo posita est, non movetur neque moveretur, etiamsi infinita esset, at simulatque a medio remota esset, iam moveretur. Iam sequuntur illa verba difficilia: *ἀλλ᾽ οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο οὗ ἐνεχθήσεται, μείνειεν ἂν ἐπὶ τοῦ μέσου* (haec tria vocabula omittit cod. E), *ἀλλ᾽ ὅτι οὐ* (*οὐ* omittit cod. E) *πέφυκεν οὕτως.* Simplicius in lemmate habet: *ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο οὗ ἐνεχθήσεται, μένοι ἂν ἐπὶ τοῖ μέσου, ἀλλ᾽ οὐχ ὅτι πέφυκεν οὕτως,* circumscriptio vero prorsus cum vulgata lectione congruit (fol. 113): *ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο ἔμενεν, ὅτι οὐκ εἶχέ που ἐνεχθῆναι ὡς ἄπειρος, οὐδὲ ὅτι στηρίζει ἑαυτήν, ἀλλ᾽ ὅτι ὑπὸ τῆς τοῦ μέσου δυνάμεως, ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι, ὑπὸ ταύτης εἴργεται κινεῖσθαι.* Philoponus, qui vulgatam in lemmate habet, confuse et inepte explicat. Verborum sensus necessarie hic esse debet: *sed non eam ob causam terra (in medio) manet, quia nil aliud sit, quo ferri possit (h. e. non quia in se ipsa sit sive a se ipsa fulciatur), sed quia a natura sic, non aliter,* (*οὕτως* i. e. *ὥστε μένειν ἐπὶ τῷ μέσῳ καὶ φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον*) *constituta est;* et in hunc quoque sensum Themistius optime explicat (fol. 34) *διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῇ γῇ τὸ μένειν κατὰ φύσιν ἐστὶν· ἐπειδὴ καὶ τόπου ὑπάρχοντος, ὅμως οὐ κινεῖται, διότι πέφυκεν ἐν τῷ μέσῳ*

μένειν· ὥστε εἰ καθ' ὑπόθεσιν ἄπειρος ἦν, ἐν τῷ μέσῳ κειμένη ὡς νῦν ἔχει, οὐ διότι ἄπειρος ἦν καὶ ἐστήριζεν ἐν ἑαυτῇ ἔμενεν, ἀλλ' ὅτι μένειν ἐν τῷ μέσῳ βάρος ἔχουσα ἐπεφύκει. Optime itaque illud οὐ ante πέφυκεν cod. E omittit, quem sequentes etiam tria illa verba — ἐπὶ τοῦ μέσου — quae abundent, resecanda putamus*); neque vero minus manifestum est, ante vocabulum ἐξείη inserendum esse οὐκ; id enim ipsum Aristoteles monstrare voluit, inepte ab Anaxagora illam causam τοῦ στηρίζεσθαι ἐν αὑτῷ allatam esse, exemploque terrae usus nunc concludere debet: *sed tamen (quamvis sc. terra a natura constituta sit, ut in medio maneat) dicere non licet, eam a se ipsa fulciri.* Ita demum lectione emendata argumentatio bene cohaeret: *si igitur ne terra quidem propterea, quod se ipsam fulciat, quiescit, sed quia pondus habet, pondus vero in medio quiescit, — simili modo etiam τὸ ἄπειρον aliam ob causam quiescit, quam quia infinitum sit et se ipsum fulciat.*

Lib. III, c. 5, 206, 4—6.

Multis argumentis Aristoteles hoc capite probat, *infinitum non existere*, quorum postremum hoc est: ἁπλῶς δ' εἰ ἀδύνατον τόπον ἄπειρον εἶναι, ἐν τόπῳ δὲ πᾶν σῶμα, ἀδύνατον ἄπειρόν τι εἶναι σῶμα· ἀλλὰ

*) Similiter VI, 8, 238, b, 31 solus cod. E in verbis ἐν ᾧ δὲ χρόνῳ particulam δὲ omittit, qua inserta enunciatum apodosi caret; cui optimi illius codicis auctoritati accedit, quod VI, 6, 236, b, 22, ubi eadem iisdem fere verbis dicta occurrunt, nullus codex δὲ insertum praebet.

μὴν τό γε ποῦ ἐν τόπῳ καὶ τὸ ἐν τόπῳ ποῦ· εἰ οὖν μηδὲ ποσὸν οἷόν τ' εἶναι τὸ ἄπειρον· πόσον γάρ τι ἔσται, οἷον δίπηχυ ἢ τρίπηχυ, ταῦτα γὰρ σημαίνει τὸ ποσόν· οὕτω καὶ τὸ ἐν τόπῳ ὅτι ποῦ· τοῦτο δὲ ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ διαστάσει τῶν ἓξ· τούτων δ' ἕκαστον πέρας τί ἐστιν, — quae non inter se cohaerent; corruptam vero lectionem iam protasis (*εἰ οὖν* etc.) apodosi carens prodit. Ex Simplicii, Themistii, Philoponi explicationibus fere aliquis concludere possit, post verba *οἷόν τ' εἶναι τὸ ἄπειρον* apodosin excidisse his fere verbis contentam: *οὐκ ἔσται ἐν τόπῳ τὶ ἄπειρον*, Simplicius enim habet (fol. 114): *εἰ οὖν μηδὲ ὡρισμένον ποσὸν δύναται εἶναι τὸ ἄπειρον, διότι μερικόν τι τὸ ἄπειρον γίνεται οὕτως οἷον δίπηχυ ἢ τρίπηχυ, οὐδὲ ἐν τόπῳ δύναται εἶναι,* — Themistius non satis dilucide (fol. 34): *ὡς εἰ ἀδύνατον ἄπειρον εἶναι τόπον, ἐν τόπῳ δὲ πᾶν σῶμα, ἀδύνατον ἄπειρον εἶναι σῶμα· τὸ πρῶτον δὲ, τὸ ἄρα δεύτερον· ἀλλὰ μὴν τὸ ἐν τόπῳ καὶ ἐν τινὶ τόπῳ· εἰ* (legendum *εἰ δ'*) *ἐν μηδενὶ, οὔτε* (legendum *οὐδὲ*) *ἐν τόπῳ, ὥσπερ οὐδὲ ποσὸν, ὃ μήτε δίπηχυ μήτε τρίπηχυ μηδὲ κατ' ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· εἰ δὲ ἐν τινὶ τόπῳ, πάντως ἢ ἐν τῷ ἄνω ἢ ἐν τῷ κάτω ἤ που ἀλλαχοῦ, τοῦτο δ' ἤδη πολλάκις ἀδύνατον ἀπεδείξαμεν.* Philoponus autem quamvis prorsus false opinetur, *τὸ ποσὸν* exempli gratia tantum illatum esse (*παραδείγματι τῷ τοῦ ποσοῦ κέχρηται .... καὶ τὸ ἄπειρον εἰ ἔσται ἐν τόπῳ πάντως καὶ ἐν τινὶ τῶν τοῦ τόπου εἰδῶν ἔσται ἢ ἄνω ἢ κάτω· ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον ἔν τινι τούτων εἶναι, ὡς δέδεικται· οὐδὲ ἐν τόπῳ ἄρα ὅλως· ἀλλὰ μὴν πᾶν*

σῶμα ἐν τόπῳ, ἀδύνατον ἄρα ἄπειρον εἶναί τι σῶμα· ὥσπερ γὰρ οὐδὲ ποσὸν οἷόν τ' εἶναι ὃ μὴ πάντως ποσόν τί ἐστι, φημὶ δὲ δίπηχυ ἢ τρίπηχυ, οὕτως οὐδ' ἐν τόπῳ οἷόν τ' εἶναι, ὃ μή πού ἐστι, λέγω δὲ ποῦ οἷον τὸ ἄνω ἢ τὸ κάτω· ὃ δὲ μὴ ἐνδέχεται εἶναί που, τοῦτο οὐδὲ ἐνδέχεται ἐν τόπῳ εἶναι),— tamen, quemadmodum etiam Simplicius et Themistius, argumentationis cardinem in eo versari putat, ut probetur, infinitum non in spatio esse posse; omnes enim ita explicant, tanquam argumenta hac ratione decurrant: τὸ ἐν τόπῳ καὶ τὸ ποῦ ταὐτό· τὸ δὲ ποῦ ἐν μιᾷ τῶν ἓξ διαστάσεων, ὧν ἑκάστη πέρας τί ἐστι· τὸ ποῦ ἄρα πέρας ἔχει· καὶ τὸ ἐν τόπῳ ἄρα (ἐπεὶ ταὐτό ἐστι τὸ ἐν τόπῳ καὶ τὸ ποῦ) πέρας ἔχει· ὃ δὲ πέρας ἔχει, ποσόν τί ἐστι· τὸ ἐν τόπῳ ἄρα ποσόν τί ἔστι· τὸ δὲ ἄπειρον οὐ ποσόν· οὐκ ἄρα τὸ ἄπειρον ἐν τόπῳ· εἰ γὰρ ἔσται ἐν τόπῳ, ποσόν τι ἤδη ἔσται. Haec autem primum cum verbis antecedentibus non congruunt — ἁπλῶς δ' εἰ ἀδύνατον τόπον ἄπειρον εἶναι, ἐν τόπῳ δὲ πᾶν σῶμα, ἀδύνατον ἄπειρόν τι εἶναι σῶμα —, quibus demonstratum est, fieri non posse, ut infinitum existat — ἀδύνατον, εἶναι τὸ ἄπειρον —; si itaque in sequentibus probaretur tantum, fieri non posse, ut infinitum in spatio sit, postremum argumentationis membrum ex mente supplendum esset: quia igitur non in spatio esse potest infinitum, omnino non existit; deinde obstat etiam particularum usus ἀλλὰ μήν, quae apud Aristotelem significant, aliquid prioribus simile iam adiungi (*verum etiam id accedit* seu *verum etiam hac ratione intelligitur* — ἀλλὰ μὴν καὶ ὧδε σκεπτέον —;)

eadem itaque res, diversa tantum ratione, denuo argumentis confirmatur (non existere posse scil. infinitum) et argumentatio ita procedere debet: *πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ, ὁ δὲ τόπος οὐκ ἄπειρος, οὐδὲν ἄρα σῶμα ἄπειρον· ἀλλὰ μὴν καὶ ᾧδε· ταὐτόν ἐστι τὸ ἐν τόπῳ καὶ τὸ ποῦ· τὸ δὲ ποῦ ἐν μιᾷ τῶν ἓξ διαστάσεων, ὧν ἑκάστη πέρας τί ἐστιν· τὸ ἄρα ποῦ πέρας ἔχει· τὸ δὲ πέρας ἔχον ποσόν τί ἐστιν· τὸ ἄρα ἐν τόπῳ ποσόν τί ἐστι· τὸ δὲ ἄπειρον εἰ ἔσται, ποῦ ἔσται, ἐν τόπῳ ἄρα ἔσται τὸ ἄπειρον, τὸ δὲ ἐν τόπῳ ποσόν τί ἐστι· τὸ ἄπειρον ἄρα ποσόν τι ἔσται — τοῦτο δὲ ἀδύνατον, οὐκ ἄρα ἔστι τὸ ἄπειρον.* Hic sensus itaque necessarius prodibit, si *οὐδ'* ante verba *οἷόν τ' εἶναι* inseruerimus, mutataque mutanda interpunctione in verbis *οὕτω καὶ τὸ ἐν τόπῳ* articulum *τὸ* auctoritate codicis E (qui vitiose etiam praepositionem *ἐν* omittit) eiecerimus, ita ut posterior enunciati pars sic constituatur: *εἰ οὖν μηδὲ ποσὸν, οὐδ' οἷόν τ' εἶναι τὸ ἄπειρον· ποσὸν γάρ τι ἔσται οἷον δίπηχυ ἢ τρίπηχυ (ταῦτα γὰρ σημαίνει τὸ ποσὸν) οὕτω καὶ ἐν τόπῳ, ὅτι ποῦ, τοῦτο δὲ ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ ἄλλῃ τινὶ διαστάσει τῶν ἓξ, τούτων δ' ἕκαστον πέρας τί ἐστι* (verba, quae post coniunctionem *ὅτι* sequuntur omnia ab ea pendent) i. e. *si itaque (quum idem sit τὸ ποῦ et τὸ ἐν τόπῳ) ne quantitas quidem esse potest infinitum, etiam omnino existere non potest; si enim existeret, revera quantitas esset in spatio, quia alicubi esse deberet, et id quidem in una ex illis sex spatii categoriis, quae semper finem in se continent.*

Lib. IV, c. 1, pag. 208, b, 3.

ὅτε δὲ τὸν αὐτὸν τόπον τοῦτον ἄλλο τι τῶν σωμάτων κατέχει, τοῦτο δὴ τῶν ἐγγινομένων καὶ μεταβαλλόντων ἕτερον πάντων εἶναι δοκεῖ] Aristoteles argumentum affert, quo ducti homines putent, spatium separatum existere, transpositis enim duabus rebus, ubi prius e. g. aër fuerit, iam nunc e. g. aquam esse, et quando eundem locum nova res obtineat, hunc locum ipsum a rebus, quae intrarint et exierint, diversum quoddam videri; unde apparet, pro *τοῦτο* legendum esse *οὗτος*, nam spatium — *ὁ τόπος* —, non res illata, id est, quod *ἕτερόν τι* videatur, et illud *τοῦτο* magis ad verba *ἄλλο τι* referendum esset. Saepius quidem Aristotelem constat nomina masculini vel feminini generis pronomine generis neutrius — *τοῦτο* vel *τόδε* — repetere, praesertim quum *τὸ μὲν — τὸ δὲ* ponat (phys. ausc. II, 3, p. 195, 8 *τὸ μὲν* ad *ἀνδριαντοποιητικὴ*, *τὸ δὲ* ad *χαλκὸς* referendum, et d. coel. III, 8, p. 307, 2 *τὸ μὲν* ad *σφαῖρα*, *τὸ δὲ* ad *πυραμίς* pertinet), — sed h. l. aliquantum differt, quum demonstrari demum debeat, locum *ἕτερόν τι* et tanquam *χρῆμά τι* esse ita ut ad illud *τι*, quod sit *τόπος*, iam genus pronominis antecedentis exaequetur. Etiam verba, quae sequuntur — *ἐν ᾧ γὰρ ἀήρ ἐστι νῦν, ὕδωρ ἐν τούτῳ πρότερον ἦν, ὥστε δῆλον ὡς ἦν ὁ τόπος τι καὶ ἡ χώρα ἕτερον ἀμφοῖν, εἰς ἣν καὶ ἐξ ἧς μετέβαλον* — nos movent, ut *οὗτος* genuinam esse lectionem putemus, quae facillime a librariis propter illud *ἕτερον*, quod sequitur, immutari potuerit.

Lib. IV, c. 6, pag. 213, 31.

διὸ τὸ πλῆρες ἀέρος κενὸν εἶναι] Eorum, qui vacuum aut esse aut non esse contenderint, opiniones Aristoteles hoc capite examinat eosque, qui negarint vacuum esse, perversa id ratione probasse dicit, quum monstraverint, utres vacuos magnam vim habere; homines vero, quam falsum sit argumentum, sensisse narrat: *οἱ δὲ ἄνθρωποι βούλονται κενὸν εἶναι διάστημα, ἐν ᾧ μηδέν ἐστι σῶμα αἰσθητόν* (*sed homines id vacuum nominant, in quo nihil est — in utribus vero vacuis dictis aër est*—), *οἰόμενοι δὲ τὸ ὂν ἅπαν εἶναι σῶμά φασιν, ἐν ᾧ ὅλως μηδέν ἐστι, τοῦτ' εἶναι κενόν* (*quum vero iudicent, omne, quod existat, corpus esse — et aërem igitur, quippe qui existat —, id tantum, in quo prorsus nihil sit, vacuum appellant*), — iam sequuntur verba illa: *διὸ τὸ πλῆρες ἀέρος κενὸν εἶναι*, e quibus negationem excidisse, et ante *κενόν* igitur *μή* inserendum esse, manifestissime apparet, quum tum demum hic sensus necessarius efficiatur: *unde etiam id, quod aëre impletum est* (*utres scil.*) *non vacuum esse dicunt et falsum inde argumentum evincunt.* Consentiunt etiam ea, quae sequuntur: *οὔκουν τοῦτο δεῖ δεικνύναι, ὅτι ἔστι τι ὁ ἀήρ, ἀλλ' ὅτι κ. τ. λ.* Prorsus false explicant Simplicius, Themistius, Philoponus minus accurate Aristotelis verba inspicientes dicentis, homines id, in quo prorsus nihil — *ὅλως μηδὲν* — sit, vacuum nominare et omne, quod existat, corpus esse putare; at falsa lectione coacti ita eam explicare studuere, tanquam aër, qui minus sensum feriat, ideo corpus esse, hominibus non visus sit.

Lib. IV, c. 3, pag. 222, 25.

Definit auctor, quid sit *τὸ ποτέ* his verbis: *τὸ ποτὲ χρόνος ὡρισμένος πρὸς τὸ πρότερον νῦν, οἷον ποτὲ ἐλήφθη Ἴλιον καὶ ποτὲ ἔσται κατακλυσμός· δεῖ γὰρ πεπεράνθαι πρὸς τὸ νῦν· ἔσται ἄρα ποσός τις ἀπὸ τοῦδε χρόνος καὶ εἰς ἐκεῖνον, καὶ ἦν εἰς τὸ παρελθόν.* In his iam ex exemplo allato apparet, duo genera *τοῦ ποτὲ* doceri, alterum, quod ad tempus praeteritum spectet, alterum quod ad futurum; deinde etiam aperte monstratur, a tempore praesenti exeundum esse in metiendo quum praeterito tum futuro; si itaque dicimus *ποτὲ*, tempus aut praeterito termino finire possumus aut futuro, est igitur *τὸ ποτὲ χρόνος ὡρισμένος πρὸς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον νῦν*, et ita certe emendandus erit hic locus, quemadmodum dilucidissime iam ex veterum commentariis patet, qui omnes veram lectionem circumscribunt; Simplicius enim dicit (fol. 177, b): *ἔστιν οὖν φησι τὸ ποτὲ χρόνος ὡρισμένος πρός τε τὸ πρότερον νῦν καὶ τὸ ὕστερον νῦν*, — Philoponus: *τὸ ποτέ φησι χρόνος ὁριζόμενος ὑπὸ δύο νῦν τοῦ τε ἐνεστῶτος κἀκείνου ἐν ᾧ ἢ γέγονεν ἢ ἔσται τὸ πρᾶγμα*, — Themistius vero (fol. 47, b): *τὸ δὲ ποτὲ χρόνος ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ παρόντος νῦν καὶ τοῦ προτέρου καὶ τοῦ ὑστέρου*,— quos tres commentariorum locos textui emendando gravissimos in scholiorum collectione, quam editio Berolinensis continet, frustra quaesiveris.

Lib. IV, c. 14, pag. 223, b, 12—20.

ἐπεὶ δ' ἐστὶ φορὰ καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ, ἀριθμεῖται δ' ἕκαστον ἑνί τινι συγγενεῖ, μονάδες μονάδι, ἵπποι δ' ἵππῳ, οὕτω καὶ ὁ χρόνος χρόνῳ τινὶ ὡρισμένῳ· μετρεῖται δ' ὥσπερ εἴπομεν ὅ τε χρόνος κινήσει καὶ ἡ κίνησις χρόνῳ· τοῦτο δ' ἔστιν, ὅτι ὑπὸ τῆς ὡρισμένης κινήσεως χρόνῳ μετρεῖται τῆς τε κινήσεως τὸ ποσὸν καὶ τοῦ χρόνου· εἰ οἷν τὸ πρῶτον μέτρον πάντων τῶν συγγενῶν, ἡ κυκλοφορία ἡ ὁμαλὴς μέτρον μάλιστα, ὅτι ὁ ἀριθμὸς ὁ ταύτης γνωριμώτατος. Ita vulgo hic locus legitur. In antecedentibus Aristoteles demonstraverat, tempus omnium motus generum communem esse mensuram quemadmodum numerum omnium rerum numerabilium; in his vero, quum tempus mensura motus, motus autem mensura temporis sit, quaerit, quonam motus genere utendum sit ad metiendum tempus, et docet, circuli motu tantum nos tempus metiri posse; in quibus quum sensus manifeste eluceat, verba tamen negotia facessunt; primum enim haec sensu carent: *ἐπεὶ δ' ἐστὶ φορὰ καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ*, certissime vero emendabuntur veraque lectio restituetur, si vocabulum *πρώτη* inseramus ante *ἐστὶ*, ut verba *ἐπεὶ δὲ πρώτη ἐστὶ φορὰ καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ* significent: *quum vero localis motus primus sit motuum, huius vero primus is, quo circulus movetur etc.* (sane plura quoque excidisse possunt, e. g. *ἁπασῶν πρώτη τῶν κινήσεων* vel *πασῶν τῶν κινήσεων πρώτη* vel *πρώτη τῶν κινήσεων*, sed simplicissimum est, *πρώτη* tantum inserere, quum cetera ex antecedentibus facillime in-

telligantur). Meliore deinde interpunctione ea, quae nunc mala perturbata vix intelligi possunt, in hunc modum distinguenda sunt: *ἐπεὶ δὲ πρώτη ἐστὶ φορὰ καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ, ἀριθμεῖται δ' ἕκαστον ἑνί τινι συγγενεῖ, μονάδες μονάδι, ἵπποι δ' ἵππῳ, οὕτω καὶ ὁ χρόνος χρόνῳ τινὶ ὡρισμένῳ, μετρεῖται δ' ὥσπερ εἴπομεν ὅ τε χρόνος κινήσει καὶ ἡ κίνησις χρόνῳ (τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅτι ὑπὸ τῆς ὡρισμένης κινήσεως χρόνῳ μετρεῖται τῆς τε κινήσεως τὸ ποσὸν καὶ τοῦ χρόνου), — εἰ οὖν τὸ πρῶτον μέτρον πάντων τῶν συγγενῶν, ἡ κυκλοφορία ἡ ὁμαλὴς μέτρον μάλιστα, ὅτι ὁ ἀριθμὸς ὁ ταύτης γνωριμώτατος,* — ea constructione, ut *εἰ οὖν τὸ* prima apodoseos verba sint et enunciatum *εἰ οὖν .... συγγενῶν* et ipsum apodoseos tantum pars sit: *quum vero motus localis primus sit et huius primus is circuli, numeremus vero omnia cognato quodam ...., metiamur vero non solum tempus motu, sed etiam motum tempore (quia scilicet quantitatem utramque et motus et temporis per motum tempore finitum metimur), — iam igitur, si quidem id, quod primum est, etiam omnia sibi cognata metitur, circuli motus potissimum mensura erit.*

Lib. V, c. 1, pag. 224, 30.

Initio huius libri Aristoteles demonstrat, omnia, quae mutentur, mutari aut per accidens aut quia pars eorum mutetur aut per se, si scilicet neque *κατὰ συμβεβηκὸς* neque *τῷ ἄλλο τι τῶν αὐτοῦ μεταβάλλειν* mutentur, de quibus postremis dicit: *καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ καθ' αὑτὸ κινητὸν, κατ' ἄλλην δὲ κίνησιν ἕτερον,*

οἷον ἀλλοιωτὸν, καὶ ἀλλοιώσεως ὑγιαντὸν ἢ θερμαντὸν ἕτερον i. e. *et hoc quidem id est, quod per se mobile dicamus* — de motu igitur, non de mutatione in universum loquitur*) — *in alio vero motus genere aliud e. g. id cuius forma mutatur;* dicit itaque auctor, id, quod neque per accidens neque partibus tantum mutetur, in motu *τὸ καθ' αὑτὸ κινητὸν* appellari, si vero de alio motus genere agatur (dividitur autem *μεταβολὴ* in *γένεσιν καὶ φθορὰν* et *κίνησιν*, *κίνησις* vero in *φορὰν* et *ἀλλοίωσιν* et *αὔξησιν καὶ φθίσιν*), iam non amplius *τὸ καθ' αὑτὸ κινητὸν* nominari, sed aliud quoddam — *ἕτερον* — e. g. in *ἀλλοιώσει* vocari *τὸ καθ' αὑτὸ ἀλλοιωτόν*. Quae quum hucusque optime processerint, verba *καὶ ἀλλοιώσεως ὑγιαντὸν ἢ θερμαντὸν ἕτερον* omnia turbant, quorum sensus (*et a formae mutatione τὸ ὑγιαντὸν et τὸ θερμαντὸν diversa sunt*) fere nullus est; sed excidisse tantum videtur ante *ἕτερον* particula *ἤ*, qua in suum locum restituta et haec cum antecedentibus optime nexa eum, quem debent, praebebunt sensum: *et illud itaque*, (*quod neque per accidens neque partibus tantum mutatur ideoque in motu τὸ καθ' αὑτὸ κινητὸν, in formae mutatione vero τὸ καθ' αὑτὸ ἀλλοιωτὸν nominatur*) *etiam inter formae mutationes ipsas* (*ἀλλοιώσεως* itaque genitivus partitivus quem vocant) *varia nomina gerit e. g. τὸ καθ' αὑτὸ ὑγιαντὸν vel τὸ καθ' αὑτὸ θερμαντὸν vel aliud quoddam — ἢ ἕτερον.* Hunc verborum sensum iam Simplicius et Themistius intellexisse videntur, quorum

*) Conf., quae ad II, 1, p. 192, 13 de discrimine inter motum et mutationem disputavimus.

alter dicat (fol. 180): *τρίτη δὲ διαφορὰ μεταβολῆς ἐστιν, ὅταν μήτε κατὰ συμβεβηκὸς κινῆται τὸ κινούμενον μήτε κατὰ μέρος, ἀλλὰ προηγουμένως καὶ οὐχὶ τῷ ἄλλο κινεῖσθαι, ὅπερ πρῶτον τῷ κατὰ συμβεβηκὸς ἀντίκειται, καὶ καθ' αὑτὸ ὅλον, ὅπερ τοῦ κατὰ μέρος κεχώρισται· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καθ' αὑτὸ κινητὸν ἤτοι μεταβλητόν, ἐπὶ μεταβολῆς γὰρ ἔτι ποιεῖται τὸν λόγον κἂν τὰ παραδείγματα κινήσεων ᾖ*, — alter autem (fol. 49): *καθ' αὑτὰ δὲ ἐκεῖνα μόνα κινεῖται, ἃ μήτε κατὰ συμβεβηκὸς μήτε κατὰ μόριον μεταβάλλει, ὡς ὁ ἵππος τρέχει καὶ ἅπτεται τὸ ἱμάτιον καὶ θερμαίνεται ὅλον τὸ ξύλον καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὑγιάζεται, οὐ γὰρ πάντα πᾶσαν κίνησιν καθ' αὑτὰ κινητά, ἀλλὰ τὰ μὲν μεταβαίνει μόνον ὡς τὰ οὐράνια, τὰ δ' ἀλλοιοῦται μόνον ὡς θώραξ· ὡς ὀφθαλμός* (sic enim typis expressum est; apparet autem, ante *ὡς ὀφθαλμός* excidisse verba *τὰ δ' ὑγιάζεται μόνον*).

Lib. V, c. 1, pag. 224, 34.

Aristoteles eas res, quae in quovis motu examinandae sint, enumerat: *ἔστι μέν τι τὸ κινοῦν πρῶτον, ἔτι δέ τι τὸ κινούμενον, ἔτι ἐν ᾧ, ὁ χρόνος, καὶ παρὰ ταῦτα, ἐξ οὗ καὶ εἰς ὅ· πᾶσα γὰρ κίνησις ἔκτινος εἴς τι.* Quibus una alterave aliis locis vel demitur vel additur, ut auctor sibi ipsi repugnare videatur; quod quomodo se habeat, omnibus illis locis collatis examinemus. Primum animadvertendum, id, in quod — *εἰς ὅ* — motus fiat, verbis statim sequentibus (b, 11) explicari, quum *εἴδη* et *πάθη* et *τόπος* vocetur (*τὰ δ'*

εἴδη καὶ τὰ πάθη καὶ ὁ τόπος, εἰς ἃ κινοῦνται τὰ κινούμενα); ab eo autem, in quod, non differt id, ex quo, in eodem enim qualitatis genere mutatio ex altero statu (etiam ex privatione) in alterum fit, e. g. si res, quae alba fuerat, nigra fit, in colore mutatio est et in qualitate; unde fit ut id, ex quo — ἐξ οὗ —, et id, in quod — εἰς ὃ —, coniunctim etiam id, in quo — ἐν ᾧ —, vocari possint; quae significatio tribus revera locis occurrit, ubi tempus ambiguitatis vitandae causa non τὸ ἐν ᾧ nominatur, sed alia exprimitur ratione. Primus horum locorum est V, 4, p. 227, b, 23 τρία γάρ ἐστι τὸν ἀριθμὸν περὶ ἃ λέγομεν τὴν κίνησιν, ὃ καὶ ἐν ᾧ καὶ ὅτε· λέγω δ' ὃ, ὅτι ἀνάγκη εἶναί τι τὸ κινούμενον οἷον ἄνθρωπον ἢ χρυσὸν, καὶ ἔν τινι τοῦτο κινεῖσθαι οἷον ἐν τόπῳ ἢ ἐν πάθει, καὶ ποτὲ, ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶν κινεῖται (ut hoc loco sicut aliis, quos afferemus, τὸ κινοῦν non commemoratum sit, inde factum est, quod de motu ipso eiusque qualitate agitur missa illa quaestione, unde motus oriatur); alter locus VI, 4, p. 235, 14 ἐπεὶ πᾶν τὸ κινούμενον ἔν τινι κινεῖται καὶ χρόνον τινὰ, καὶ παντός ἐστι κίνησις, ἀνάγκη τὰς αὐτὰς εἶναι διαιρέσεις τοῦ τε χρόνου καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ κινουμένου καὶ ἐν ᾧ ἡ κίνησις· πλὴν οὐ πάντων ὁμοίως, ἐν οἷς ἡ κίνησις, ἀλλὰ τοῦ μὲν ποσοῦ καθ' αὑτὸ, τοῦ δὲ ποιοῦ κατὰ συμβεβηκός. — tertius VIII, 8, p. 262, 2 τρία γάρ ἐστι τό τε κινούμενον οἷον ἄνθρωπος ἢ θεὸς, καὶ ὅτε οἷον χρόνος, καὶ τρίτον τὸ ἐν ᾧ· τοῦτο δ' ἐστὶ τόπος ἢ πάθος ἢ εἶδος ἢ μέγεθος. His itaque locis, quibus adiungere possumus d. gen. et corr. II, 10,

p. 337, 27 (*τὸ ἐν ᾧ κινεῖται οἷον τὸν τόπον λέγω ἢ τὸ πάθος*) ea, quae V, 1 *τὸ ἐξ οὗ* et *τὸ εἰς ὃ* coniunctim significant, qualitas scilicet, forma, spatium, magnitudo, alia, *τὸ ἐν ᾧ* nominantur: propius autem ad illum locum ii accedunt, ubi tempus *τὸ ἐν ᾧ*, qualitas autem et similia modo *τὸ εἰς ὃ* modo *τὸ μέχρι του* vocantur: VII, 5, p. 249, b, 28 *ἐπεὶ τὸ κινοῦν κινεῖ τι ἀεὶ καὶ ἔν τινι καὶ μέχρι του· λέγω δὲ τὸ μὲν ἔν τινι, ὅτι ἐν χρόνῳ, τὸ δὲ μέχρι του ὅτι ποσόν τι μῆκος,* — VI, 5, p. 236, b, 2 *τρία γάρ ἐστιν ἃ λέγεται κατὰ τὴν μεταβολήν τί τε μεταβάλλον καὶ ἐν ᾧ καὶ εἰς ὃ μεταβάλλει, οἷον ἄνθρωπος καὶ ὁ χρόνος καὶ τὸ λευκόν,* — alio loco, VIII, 10, p. 266, 13, qualitate omissa (quum de motu primi corporis agatur) hanc divisionem legimus: *τρία γάρ ἐστι τὸ κινοῦν, τὸ κινούμενον, τὸ ἐν ᾧ τρίτον ὁ χρόνος.* — Iam in unum conspectum hos diversos locos conferamus:

	id, quod movet	id, quod movetur	genus motus	tempus
V, 1	*τὸ κινοῦν*	*τὸ κινούμενον*	*τὸ ἐξ οὗ* et *τὸ εἰς ὃ* i. e. *τὰ εἴδη καὶ τὰ πάθη καὶ ὁ τόπος*	*τὸ ἐν ᾧ, ὁ χρόνος*
V, 4		*τὸ κινούμενον*	*ἐν ᾧ* i. e. *τόπος ἢ πάθος*	*ὅτε, χρόνος*
VI, 4		*τὸ κινούμενον*	*ἐν ᾧ* i. e. *ποσὸν* et *ποιόν*	*χρόνος*
VI, 5		*τὸ μεταβάλλον*	*εἰς ὃ* e. g. *τὸ λευκόν*	*τὸ ἐν ᾧ, χρόνος*
VII, 5	*τὸ κινοῦν*	*τὸ κινούμενον*	*μέχρι του* i. e. *ποσόν τι μῆκος*	*ἔν τινι, ἐν χρόνῳ*
VIII, 8		*τὸ κινούμενον*	*ἐν ᾧ* i. e. *τόπος ἢ πάθος ἢ εἶδος ἢ μέγεθος*	*ὅτε, χρόνος*
VIII, 10	*τὸ κινοῦν*	*τὸ κινούμενον*		*τὸ ἐν ᾧ, ὁ χρόνος*

unde apparet, discrimen in verbis tantum dicendique ratione positum esse, rem autem ubique eandem doceri.*)

Sed alia difficultas illi loco, unde egrediebamur (V, 1) inhaeret; Aristoteles enim in protasi (224, 34 *ἐπεὶ δ' ἐστὶ μὲν κ.τ.λ.*) quatuor illas res — *τὸ κινοῦν, τὸ κινούμενον, τὸν χρόνον, τὸ ἐξ οὗ* et *τὸ εἰς ὃ* — enumerans tanquam exemplo rei, quae ex aliquo in aliquid moveatur, ligno usus est, quod calefiat et refrigescat, in apodosi autem (b, 4 *ἡ δὴ κίνησις δῆλον ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἐν τῷ εἴδει· οὔτε γὰρ κινεῖ οὔτε κινεῖται τὸ εἶδος ἢ ὁ τόπος ἢ τὸ τοσόνδε*) illud exemplum, quod parenthetice tantum protasi addiderat, tanquam rem iam principalem ponit ac ne id quidem recte, dicendum enim saltem erat: *ἡ δὴ κίνησις δῆλον ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἐν τῷ θερμῷ καὶ ψυχρῷ*. Qualis argumentationis negligentia quum in Aristotele ferri non possit, a librariis verba depravata esse videntur et pro *ἐν τῷ ξύλῳ* legendum *ἐν τῇ ὕλῃ*, cuius glossema illud alterum postea in textum venerit. — Verum etiam ea verba, quae statim sequentia priorum causam continent, corrupta lectione sensum obscuravere; codices ita exhibent: *οὔτε γὰρ κινεῖ οὔτε κινεῖται τὸ εἶδος ἢ ὁ τόπος ἢ τὸ τοσόνδε, ἀλλ' ἔστι κινοῦν καὶ κινούμενον καὶ εἰς ὃ κινεῖται*, quorum priora per se aperta sunt (*forma enim et spatium et quantitas neque movent*

*) Prorsus diversa est divisio neque cum his miscenda, qua *τὸ κινοῦν* et *τὸ κινούμενον* et *τὸ ᾧ* iis locis distinguuntur, ubi (e. g. VIII, 5, p. 256, b, 15 *τρία γὰρ ἀνάγκη εἶναι τό τε κινούμενον καὶ τὸ κινοῦν καὶ τὸ ᾧ κινεῖ*) de serie rerum motarum seque invicem moventium agitur; quae doctrina cum motu per se ipso non cohaeret.

neque moventur), — sed quid posteriora? qua de causa quove fine nunc dicit, tria esse — *τὸ κινοῦν, τὸ κινούμενον, τὸ εἰς ὅ* —? Simplicius et Themistius explicant, tanquam in his Aristoteles omnia priora complectatur, *τὸ ἐξ οὗ* autem omittat, quia id minus respiciat; — sed primum apparet, verba *ἀλλ' ἔστι κινοῦν κ. τ. λ.* meram oppositionem illorum continere: *οὔτε γὰρ κινεῖ κ. τ. λ.*, deinde ex totius capitis nexu elucet, discrimen in his probari inter materiem, quae moveatur, et qualitates, quae per se immobiles sint. Quid multa? eiiciendum est illud *καὶ* ante *εἰς ὃ κινεῖται*, et totius loci sensus ita bene procedet: *quum in quovis motu illa quatuor distinguenda sint* (*τὸ κινοῦν, τὸ κινούμενον, χρόνος, τὸ ἐξ οὗ* et *τὸ εἰς ὅ*), *iam motus in materie est, non in forma; forma enim neque movet neque movetur, sed — ἀλλ' ἔστι κινοῦν καὶ κινούμενον εἰς ὃ κινεῖται — id, quod movet et movetur, movet et movetur tantum in formam i. e. motus ad formam directus est, non in forma positus; eam autem tantum formae partem, quae vocatur τὸ εἰς ὅ, neque vero eam, quae est τὸ ἐξ οὗ, ideo commemoramus, quia — μᾶλλον γὰρ εἰς ὃ ἢ ἐξ οὗ κινεῖται, ὀνομάζεται ἡ μεταβολή — mutatio nomen accipit ex eo statu, ad quem motus fit, non ex eo, a quo egreditur.* Mirum est, apud Simplicium (fol. 191) in lemmate illud *καὶ* omitti, quod num typothetae errore factum sit annon, dubitari potest.

Lib. V, c. 1, pag. 224, b, 17—24.

Postquam Aristoteles initio capitis, in omnibus mutationis generibus *τὸ κατὰ συμβεβηκὸς* et *τὸ κατὰ*

μέρος et *τὸ καθ' αὑτὸ μεταβάλλον* distinguendum esse et (224, b, 11) formam non moveri — *τὰ δ' εἴδη καὶ τὰ πάθη καὶ ὁ τόπος, εἰς ἃ κινοῦνται τὰ κινούμενα, ἀκίνητά ἐστιν οἷον ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ θερμότης* — dixit, iam (v. 16) pergit: *ἔστι δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὸ κατὰ μέρος καὶ τὸ κατ' ἄλλο καὶ τὸ πρώτως καὶ τὸ μὴ κατ' ἄλλο οἷον τὸ λευκαινόμενον εἰς μὲν τὸ νοούμενον μεταβάλλει κατὰ συμβεβηκὸς (τῷ γὰρ χρώματι συμβέβηκε νοεῖσθαι), εἰς δὲ χρῶμα ὅτι μέρος τὸ λευκὸν τοῦ χρώματος καὶ εἰς τὴν Εὐρώπην ὅτι μέρος αἱ Ἀθῆναι τῆς Εὐρώπης, εἰς δὲ τὸ λευκὸν χρῶμα καθ' αὑτό· πῶς μὲν οὖν καθ' αὑτὸ κινεῖται καὶ πῶς κατὰ συμβεβηκὸς καὶ πῶς κατ' ἄλλο τι καὶ πῶς τὸ αὐτὸ πρῶτον καὶ ἐπὶ κινοῦντος καὶ ἐπὶ κινουμένου, δῆλον καὶ ὅτι ἡ κίνησις οὐκ ἐν τῷ εἴδει ἀλλ' ἐν τῷ κινουμένῳ καὶ κινητῷ κατ' ἐνέργειαν.* In his primum illud *κατ' ἄλλο*, quod novum inferatur, utroque loco maxime offendit, et mire cum prioribus totiusque capitis sensu convenit, quod priore loco cod. H verba *καὶ τὸ κατ' ἄλλο*, cod. E autem verba *ἄλλο καὶ τὸ*, posteriore vero loco cod. E haec omnia *καὶ πῶς κατ' ἄλλο τι* omittit; quae neque Simplicium neque Themistium legisse ex ipsorum verbis concludas, quorum alter dicat (fol. 191, b): *ὅπερ πρότερον ἔδειξεν, ἐπί τε τοῦ κινοῦντος καὶ ἐπὶ τοῦ κινουμένου, ὅτι τὸ μέν τί ἐστιν αὐτῶν κατὰ συμβεβηκὸς τὸ δὲ κατὰ μέρος τὸ δὲ καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως, νῦν λέγει ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα τὰ τῇ κινήσει συννυπάρχοντα ἡ διαίρεσις αὕτη ἐκτείνεται,* — alter (fol. 49) *προσθετέον δὲ ἔτι καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλως*

φιλομαθέσιν, ὡς (legendum τὸ) κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὸ κατὰ μέρος καὶ τὸ καθ' αὑτὸ καὶ περὶ τούτων λέγεται, εἰς ἃ γίνεται ἡ μεταβολὴ .... πῶς μὲν οὖν καθ' αὑτὸ κινεῖται καὶ πῶς κατὰ συμβεβηκὸς καὶ πῶς κατὰ μόριον, ... φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Posteriore itaque loco verba καὶ πῶς ἄλλο τι, priore autem καὶ τὸ κατ' ἄλλο et articulus quoque ante μὴ κατ' ἄλλο eiicienda sunt, post verba autem εἰς δὲ χρῶμα excidisse κατὰ μέρος, totius periodi nexus manifestissime demonstrat. Longe difficiliora sunt illa verba: καὶ εἰς τὴν Εὐρώπην ὅτι μέρος αἱ Ἀθῆναι τῆς Εὐρώπης, quae ut exemplum sint τοῦ κατὰ μέρος (siquidem de re albescenti agitur), tantum abest, ut universum sententiarum nexum interrumpant atque perdant. Simplicium multo plura legisse, ex eius circumscriptione concludere possis (fol. 191, b): τὸ γὰρ εἰς λευκὸν μεταβάλλον, ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκαινόμενον, εἰς μὲν τὸ νοούμενον κατὰ συμβεβηκὸς μεταβάλλει, συμβέβηκε γὰρ τῷ λευκῷ τὸ νοεῖσθαι, εἰς δὲ χρῶμα μεταβάλλειν λεγόμενον κατὰ μέρος μεταβάλλει, ὅτι μέρος ἐστὶ τοῦ χρώματος τὸ λευκὸν, μέρη γάρ πώς ἐστι καὶ τὰ εἴδη τῶν γενῶν, εἰς μέντοι λευκὸν λεγόμενον μεταβάλλειν τὸ λευκαινόμενον οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ καθ' αὑτὸ μεταβάλλει οὔτε κατὰ μέρος ἀλλὰ πρώτως· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὸ κατὰ τόπον μεταβάλλον εἰς Ἀθήνας ἀπιόν· εἰς μὲν τὸ νοούμενον κατὰ συμβεβηκὸς μεταβάλλει, συμβέβηκε γὰρ καὶ ταῖς Ἀθήναις νοεῖσθαι, εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην κατὰ μέρος, ὅτι μέρος αἱ Ἀθῆναι τῆς Εὐρώπης, εἰς δὲ τὰς Ἀθήνας καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως, mox vero pergit: καὶ ἐπὶ

τοῦ ἐξ οὗ δὲ κἂν αὐτὸς (scil. ὁ Ἀριστοτέλης) παραλέλοιπεν αὐτὸ, τὰ αὐτά πως δυνατὸν λέγειν κ. τ. λ. si igitur hoc ex suo se addidisse fatetur, eo magis adducimur, ut putemus, eum in Aristotele etiam illud exemplum τοῦ κατὰ τόπον μεταβάλλοντος (εἰς Ἀθήνας sc.) separatum ab illo τοῦ λευκαινομένου eademque ratione enarratum legisse. Themistii explicatio nostro Aristotelis textui magis accommodata videtur (fol. 49): οἷον τὸ λευκαινόμενον εἰς τὸ νοούμενον μεταβάλλειν κατὰ συμβεβηκὸς, τῷ γὰρ χρώματι συμβέβηκεν τὸ νοεῖσθαι, εἰς δὲ χρῶμα κατὰ μέρος, μέρος γὰρ τοῦ χρώματος τὸ λευκὸν, καὶ εἰς τὴν Εὐρώπην κατὰ μέρος ὅτι εἰς Ἀθήνας, εἰς μέντοι τὸ λευκὸν χρῶμα ἢ εἰς Ἀθήνας καθ' αὑτό. Ex his suspicandum foret, illud alterum exemplum aut primitus (ut apud Simplicium) in codicibus separatum postea partim cum ceteris confusum partim eiectum esse aut statim ab initio coniunctim cum altero in hunc fere modum positum fuisse: οἷον τὸ λευκαινόμενον ἢ τὸ εἰς Ἀθήνας ἀπιὸν εἰς μὲν τὸ νοούμενον μεταβάλλει κατὰ συμβεβηκὸς (τῷ γὰρ χρώματι συμβέβηκε νοεῖσθαι καὶ ταῖς Ἀθήναις), εἰς δὲ χρῶμα κατὰ μέρος, ὅτι μέρος τὸ λευκὸν τοῦ χρώματος καὶ εἰς τὴν Εὐρώπην, ὅτι μέρος αἱ Ἀθῆναι τῆς Εὐρώπης, εἰς δὲ τὸ λευκὸν χρῶμα ἢ εἰς Ἀθήνας καθ' αὑτό. Quum autem vix cogitari possit, tot singula verba et miro casu ea se invicem respicientia excidisse, melius putabimus, ea verba καὶ εἰς τὴν Εὐρώπην .... Εὐρώπης ab homine male docto adscripta interpretes multum vexasse, qui qualibet ratione ea explicanda arbitrantes etiam cetera ex mente addiderint et locum itaque suppleverint.

Lib. V, c. 4, pag. 228, 13.

Aristoteles postquam docuit, quo respectu motus unus dici possit, *ἀπορίαν* addit, num corporis habitus unus semperque idem sit necne; qui locus quum difficillimus sit et ex universo tantum sententiarum nexu diiudicari possit, totum exscribamus oportet (v. 9): *εἰ δὴ ἡ αὐτὴ καὶ μία ἡ ἔωθεν καὶ νῦν ὑγίεια, διὰ τί οὐκ ἂν καὶ ὅταν διαλιπὼν λάβῃ πάλιν τὴν ὑγίειαν, καὶ αὕτη κἀκείνη μία τῷ ἀριθμῷ ἂν εἴη; ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος· πλὴν τοσοῦτον διαφέρει, ὅτι εἰ* (*αἱ* addit cod. F) *μὲν* (*ἕξεις* add. cod. F) *δύο, τὸ* (*δι'* habent codd. E H, I omittit) *αὐτὸ τοῦτο, ὡς* (*γὰρ* add. H) *τῷ ἀριθμῷ μία* (omittunt E H), *καὶ τὰς ἕξεις ἀνάγκη· μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ· εἰ δ' ἡ ἕξις μία, ἴσως οὐκ ἄν τῳ δόξειέ πω μία καὶ ἡ ἐνέργεια εἶναι· ὅταν γὰρ παύσηται βαδίζων, οὐκέτι ἐστὶν ἡ βάδισις, πάλιν δὲ βαδίζοντος ἔσται· εἰ δ' οὖν μία καὶ ἡ αὐτὴ, ἐνδέχοιτ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἓν καὶ φθείρεσθαι καὶ εἶναι πολλάκις.* Conclusio docet, dubitationem ipsam ea ratione solvi, ut habitus saepius repetitus, quamquam idem, non tamen unus sit; et hoc quoque sensu ab initio auctor disputat: *si valetudo, qua solis ortu fruebamur, et ea, qua nunc, eadem est, quidni igitur etiam tempore interea praeterlapso recepta una eademque sit? eadem enim ratio; at differt* — iam vero, quae abhinc sequuntur, tam corrupta laborant lectione, ut ne sensum quidem eruere possemus, nisi altera antitheseos pars — *εἰ δ' ἡ ἕξις μία, ἴσως οὐκ ἄν τῳ δόξειέ πω μία καὶ ἡ ἐνέργεια εἶναι* — lucem afferret:

cuius sensus est: *si autem habitus est unus, haud facile quisquam putare possit, ideo etiam actum unum esse;* aptissima itaque oppositio esset, si priora hoc significarent: *si actus unus est, certe etiam habitus unus est;* revera autem id Aristotelem voluisse, non solum ex illorum verborum strage suspicari licet, sed elucere etiam videtur ex verbis, quae intra duo oppositionis membra posita: *μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ* hunc habent sensum: *unus actus ex uno tantum habitu oriri potest;* quin Themistius, qui meliore textu usus esse videtur, ita explicat (fol. 51): *τοῦτο μὴ παρέλθωμεν, ὡς τὴν ἕξιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ποιεῖν τὴν χθὲς καὶ τὴν τήμερον οἷον τὴν ὑγίειαν ἢ τὴν ἐπιστήμην οὐδὲν ἄτοπον· συνεχὴς γάρ ἐστι πάσης ἕξεως ὁ χρόνος, τὴν ἐνέργειαν δὲ μίαν οὐκ ἐγχωρεῖ, εἰ μὴ συνεχὴς ἀποδοθῇ· τούτῳ δὲ ἀκολουθεῖ τὸ μιᾶς μὲν ἐνεργείας μίαν εἶναι πάντως καὶ ἕξιν, μιᾶς δὲ ἕξεως καὶ πλείους τὰς ἐνεργείας.* Apud Simplicium vero in lemmate expressum est: *ὅτι, εἰ μὲν δύο, δι' αὐτὸ τοῦτο ὡς τῷ ἀριθμῷ μία καὶ τὰς ἕξεις ἀνάγκη* (post *ὡς* autem eum *γὰρ* legisse, ut est in cod. H, mox apparebit); explicationem vero simillimam illi Themistii addit (fol. 207, b) his verbis: *διαφορά τίς ἐστι τῶν ἐνεργειῶν πρὸς τὰς ἕξεις καὶ τὰ πάθη· εἰ μὲν γὰρ ἡ ἐνέργεια μία, ἀνάγκη καὶ τὴν ἕξιν μίαν εἶναι, καὶ ἔτι πρότερον τὸ ὑποκείμενον, μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια μιᾶς ἕξεως ἀριθμῷ καὶ μιᾶς ἕξεως τῷ ἀριθμῷ ἐν τὸ ὑποκείμενον**)· *οὐκέτι δὲ τὸ ἀνάπαλιν ἀληθὲς,*

*) Hic locus unus ex multis manifeste nos docere potest, quid ad intelligendas Physicas Auscultationes ex ea, quam edidit Chri-

οὐ γὰρ ἑνὸς ὄντος τοῦ ὑποκειμένου ἀνάγκη καὶ τὴν ἕξιν μίαν εἶναι οὔτε μιᾶς τῆς ἕξεως οὔσης ἀνάγκη μίαν τὴν ἐνέργειαν εἶναι, τὸ γὰρ ὑποκείμενον δύναται πολλὰς ἕξεις ἔχειν καὶ μιᾶς οὔσης ἕξεως δυνατὸν πολλὰς ἐνεργείας ἀποδίδοσθαι διαλειμμάτων τοῦ χρόνου μεταξὺ γιγνομένων καὶ οὕτω πληθυομένων (leg. πληθυνομένων) τῶν ἐνεργειῶν· quem sensum ut Aristotelis verbis inesse doceat, mire se torquet (fol. 208): ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ὅλης τῶν εἰρημένων ἐννοίας, κατὰ δὲ τὴν λέξιν τὸ εἰ μὲν δύο δι' αὐτὸ τοῦτο βραχέως ἀπαγγελθὲν ἀσάφειαν ἐποίησε· λέγει δὲ, ὅτι ὁ αὐτὸς λόγος ἐπὶ τῶν ἕξεων καὶ τῶν κινήσεων ἁρμόζει, πλὴν τοσοῦτον διαφέρει ὁ τῶν ἕξεων λόγος πρὸς τὸν τῶν κινήσεων, ὅτι εἰ μὲν δύο αἱ ἕξεις αἱ ἐκ διαλείμματος ἐγγινόμεναι, δι' αὐτὸ τοῦτο δύο καὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἕξεων ἐνέργειαι καὶ κινή-

---

stianus Hermannus Weisse, versione dudum quidem iudicata (cfr. *Berl. Jahrb.* 1829 N. 48 sqq.) lucrari possimus; ille enim vir doctus Simplicii commentariis potissimum se usum esse in praefatione affirmat (pag. v *meine Anmerkungen geben sich von vorn herein nur für einen Versuch, den Aristoteles aus sich selbst, aus der übrigen classischen Philosophie des Alterthums und aus dem Simplicius zu erläutern; sollte es sich als möglich erweisen, woran so lange bis es geschehen ist, noch zu zweifeln erlaubt sei, durch Hülfe anderer Commentatoren ein mehres und besseres für ihn zu leisten: so würden solche Leistungen unstreitig mit grösster Dankbarkeit aufzunehmen, nicht aber die meinige wegen etwas, das sie weder beabsichtigt noch versprochen hat, zur Rechenschaft zu ziehen sein*), — sed quamvis ille ipse Simplicius hoc loco Aristotelis verba μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ optime et verissime explicet, ea tamen germanice vertit (pag. 133): *denn Eine der Zahl nach ist die Thätigkeit durch die Einzahl;* unde apparet, quomodo integrum locum intellexerit.

σεις, ὅπερ ἐλλείπει τῷ λόγῳ, — ad vocem δύο igitur ἕξεις intelligendum putat (quemadmodum cod. F praebet), apodosin autem, quae doceat, *ideo etiam actus esse duos*, deesse; quod fieri non posse, nemo non videt; iam pergit: δείκνυσι δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ ἀντιστρόφου αὐτῷ, ὡς γὰρ (hoc vocabulum γὰρ in codice suo legisse videtur) τᾷ ἀριθμῷ ὅταν ᾖ μία ἐνέργεια ἡ πάλιν καὶ πάλιν, καὶ τὰς ἕξεις τὰς πάλιν καὶ πάλιν μίαν εἶναι ἀνάγκη, οὕτως ἐὰν δύο ὦσιν αἱ ἕξεις, καὶ τὰς ἐνεργείας δύο εἶναι ἀνάγκη· εἰ γὰρ μία, καὶ ἡ ἕξις μία καὶ τὸ ὑποκείμενον ἔτι μᾶλλον ἕν, — hanc autem circumscriptionem ex Aristotelis verbis elicere non possumus; non solum enim illud γὰρ in textum recipiendum, sed omnia illa ὅταν ᾖ μία ἐνέργεια ἡ πάλιν καὶ πάλιν, καὶ τὰς ἕξεις τὰς πάλιν καὶ πάλιν μίαν εἶναι ἀνάγκη ex mente supplenda forent; Simplicius quidem supplevit neque plura, quam nos, in Aristotele legit, quum dixerit βραχέως ἀπαγγελθὲν ἀσάφειαν ἐποίησε. Cetera quae sequuntur, bene interpretatur: καὶ τὴν ἀνάγκην ἐπήγαγε· μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἡ ἑνὸς τῷ ἀριθμῷ τοῦ ἐνεργοῦντος εἴτε ἕξις εἴη εἴτε δύναμις εἴτε τὸ ὑποκείμενον κ. τ. λ., sed variam etiam lectionem auctore Alexandro affert: καὶ ἄλλην δὲ γραφὴν τοῦ ῥητοῦ φέρεσθαί φησιν ὁ Ἀλέξανδρος τοιαύτην· ὅτι εἰ μὲν δύο οὕτω τῷ ἀριθμῷ, καὶ τὰς ἕξεις ἀνάγκη· μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ καὶ ἀκούει τὸ εἰ μὲν δύο οὕτω τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπὶ τῆς ἕξεως, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὑποκειμένου τῇ ἕξει, ὅπερ διὰ τὴν συνεχῆ φύσιν οὐ μένειν ἓν τῷ ἀριθμῷ· καὶ διὰ τοῦτο

καὶ τὰς ἕξεις ἀνάγκη πλείους εἶναι τῷ ἀριθμῷ· ἡ γὰρ μία ἕξις τῷ ἀριθμῷ ἑνὸς τῷ ἀριθμῷ ὑποκειμένου· ὡς δὲ τὸ ὑποκείμενον ἔχει πρὸς τὴν ἕξιν, οὕτως ἡ ἕξις πρὸς τὴν ἐνέργειαν· καὶ γὰρ μιᾶς μὲν ἐνεργείας μία ἕξις, μιᾶς δὲ ἕξεως καὶ πολλὰς ἐνεργείας εἶναι δυνατὸν τοῖς διαλείμμασι τοῦ χρόνου μεριζομένοις. At ne hoc quidem probari potest, quum in altera iam periodi parte non de re ipsa, quae patiatur, sed de habitu tantum et actu sermo fuerit. Iam si quidem textus verba, quemadmodum nunc leguntur, sensu carent, lectionem autem primis iam temporibus sibi non constitisse, ex commentariis elucet, videndum, an coniectura veram lectionem assequi possimus. Inserto vocabulo *μὴ* post *μὲν* et recepta ex codicibus EH lectione *δι'* pro *τὸ* et *μία* in *μίαν* mutato optime omnia cohaerere videntur: *πλὴν τοσοῦτον διαφέρει, ὅτι εἰ μὲν μὴ δύο* (scil. *αἱ ὑγίειαι* i. e. *αἱ τῆς ὑγιείας ἐνέργειαι*), *δι' αὐτὸ τοῦτο ὡς τῷ ἀριθμῷ μίαν καὶ τὰς ἕξεις ἀνάγκη· μία γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ· εἰ δ' ἡ ἕξις μία, ἴσως οὐκ ἄν τῳ δόξειέ πω μία ἡ ἐνέργεια εἶναι* i. e. *eatenus differt, quatenus, si non duo actus sunt* (*i. e. unus itaque,* h. l. enim id tantum ambiguum est, num duo an unus), *ob eam ipsam causam etiam diversi illi habitus numero unus sunt, unus enim actus non ad plures habitus pertinere potest, — si vero habitus* (in hoc vocabulo, non in *δύο* et *μία*, antithesis posita est) *unus est, non iam concludere licet, etiam actum unum esse.*

Lib. V, c. 5, pag. 229, b, 20.

Initio huius capitis Aristoteles enarraverat, qui motus sibi contrarii sint, sub finem vero demonstrat, *eum motum, qui in medium fiat, tanquam motum in contraria factum iudicandum esse in iis rebus, quarum contrariis medium aliquod intersit* (v. 14): *τὰς δ' εἰς τὸ μεταξὺ κινήσεις, ὅσοις τῶν ἐναντίων ἐστὶ μεταξύ, ὡς εἰς ἐναντία πως θετέον*, — cuius rei causam haec continent: *ὡς ἐναντίῳ γὰρ χρῆται τῷ μεταξὺ ἡ κίνησις ἐφ' ὁπότερα ἂν μεταβάλλῃ οἷον κ. τ. λ.* (sequitur exemplum e coloribus sumptum); deinde legimus (v. 19): *τὸ γὰρ μέσον πρὸς ἑκάτερον λέγεταί πως τῶν ἄκρων καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον* i. e. *medium enim habita semper ratione utriusque extremi nuncupatur, ut supra diximus*, — quid autem inde proficimus, quod docemur, *τὸ μέσον τῶν πρός τι εἶναι*, quum argumentationis cardo in eo versetur, ut medium et ipsum sit contrarium? Certe itaque vox *ἐναντίον* ante *λέγεται* excidit, nam tum demum ea quam auctor vult, conclusio prodit, *τὴν εἰς τὸ μεταξὺ κίνησιν εἶναι κίνησιν εἰς ἐναντία*. Accedit, quod illo loco, quem verbis *καθάπερ εἴρηται πρότερον* respicit, id ipsum docet, *medium esse contrarium* (V, 1, p. 224, b, 30): *ἐκ δὲ τοῦ μεταξὺ μεταβάλλει· χρῆται γὰρ αὐτῷ ὡς ἐναντίῳ ὄντι πρὸς ἑκάτερον· ἔστι γάρ πως τὸ μεταξὺ τὰ ἄκρα· διὸ καὶ τοῦτο πρὸς ἐκεῖνα κἀκεῖνα πρὸς τοῦτο λέγεταί πως ἐναντία.*

Lib. VI, c. 9, pag. 240, 7—17.

Quatuor causae, quibus Zeno ductus motum esse negaverit, hoc capite ab Aristotele enumerantur et refutantur; ea autem verba, quibus de illarum quarta agit, adeo intellectu difficilia tantaque lectionis varietate dubia sunt, ut fere desperata videri possint. Integrum primum locum ex Bekkeri recensione additis variis lectionibus exscribamus: *τέταρτος δὲ ὁ περὶ τῶν ἐν τῷ σταδίῳ κινουμένων ἐξ ἐναντίας ἴσων ὄγκων παρ' ἴσους, τῶν μὲν ἀπὸ τέλους τοῦ σταδίου τῶν δ' ἀπὸ μέσου, ἴσῳ τάχει, ἐν ᾧ συμβαίνειν οἴεται ἴσον εἶναι χρόνον διπλασίῳ τὸν ἥμισυν· ἐστὶ δ' ὁ παραλογισμὸς ἐν τῷ τὸ μὲν παρὰ κινούμενον τὸ δὲ παρ' ἠρεμοῦν τὸ ἴσον μέγεθος ἀξιοῦν τῷ ἴσῳ τάχει τὸν ἴσον φέρεσθαι χρόνον· τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος· οἷον ἔστωσαν οἱ ἑστῶτες ἴσοι ὄγκοι ἐφ' ὧν τὰ* (τὸ E) *αα* (*αααα* FHK, *αααα* I et Simpl. quum in lemmate tum in paraphrasi), *οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ* (om. E) *ββ* (*β* HIK et Simpl. in lemmate, *ββββ* F et Simpl. in paraphr.) *ἀρχόμενοι* (*ἄρχονται* E) *ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α* (*τῶν α* om. EHI) *ἴσοι τὸν ἀριθμὸν τούτοις ὄντες καὶ τὸ μέγεθος, οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ γγ* (*γ* FHIK et Simpl. in lemm., *γγγγ* Simpl. in par.) *ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου* (*τῶν β* add. F et Alexander teste Simpl. in quibusdam codd. invenit) *ἴσοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες τούτοις* (transpon. FHK et Simpl. in lemm.) *καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἰσοταχεῖς τοῖς* (*τῷ* K) *β· συμβαίνει δὴ τὸ πρῶτον β* (transpon. E) *ἅμα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ* (*γ* add. H) *εἶναι καὶ τὸ πρῶτον γ* (*ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ β* add. H) *παρ' ἄλληλα*

κινουμένων· συμβαίνει δὴ (*δὲ* FHK et Simpl. in par. et Alex. ap. Simpl.) *τὸ* (*τὰ* EI et Simpl. in lemm.) *γ παρὰ πάντα τὰ* (om. E.) *β* (*α* FK et Simpl. cum in lemm. tum in par. et Alex. ap. Simpl.) *διεξεληλυθέναι* (*διεληλυθέναι* H et Simpl. in par. et Alex. ap. Simpl.) *τὰ* (*τὸ* E et Simpl. in par.) *δὲ* (om. I) *β παρὰ τὰ ἡμίση· ὥστε* (*καὶ* add. H et Simpl. in lemm.) *ἥμισυν* (*ἥμισυ* FH) *εἶναι τὸν χρόνον· ἴσον* (*ἶσα* H) *γὰρ ἑκάτερόν ἐστι παρ' ἕκαστον* (*αὐτῶν* add. E)· *ἅμα δὲ συμβαίνει τὰ* (*τὸ* E) *β* (*αβ* E) *παρὰ πάντα τὰ γ παρεληλυθέναι· ἅμα γὰρ ἔσται* (*ἔστι* FHIK) *τὸ πρῶτον γ καὶ τὸ* (om. Simpl. in lemm.) *πρῶτον β ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις, ἴσον χρόνον παρ' ἕκαστον γινόμενον τῶν β ὅσον περ* (*περὶ* FK et Simpl. in lemm.) *τῶν α* (*αα* E), *ὡς φησι διὰ τὸ ἀμφότερα ἴσον χρόνον παρὰ τὰ* (*κατὰ τὸ* Alex. ap. Simpl.) *α* (*αα* E) *γίγνεσθαι.* Quid Zeno demonstrare voluerit, quum primo aspectu perspicuum fit, tum Aristoteles ipse dicit, falsam argumentationem inde ortam esse, quod, quum duo corpora, quae contra se moveantur, et tertium corpus quiescens posuerit, errore lapsus arbitratus sit, id corpus, quod moveatur, idem tempus motu suo consummere sive contra quiescens illud sive contra alterum, quod obviam veniat, moveatur. Paucis quoque verbis Themistius eadem ratione explicat (fol. 56): *τέταρτος δ' ἐστὶν λόγος ὁ περὶ τῶν ἐν τῷ σταδίῳ φερομένων· τρεῖς γὰρ ὄντας* (legendum *ὄγκους*) *ἴσους κατὰ τὸ μῆκος ποιήσας τὸν μὲν κινεῖ τὸν δὲ ἵστησι τὸν δὲ ἀντικινεῖ· ἐπεὶ δὲ θᾶττον ὁ κινούμενος δίεισι τὸν ἀντικινούμενον ὄγκον ἢ τὸν ἑστῶτα, οἴεται σόφισμα πλέκειν ἐντεῦθεν· τὸ*

γὰρ ἴσον διάστημά φησιν (ἴσοι γὰρ ὅ τε μένων ὄγκος καὶ ὁ φερόμενος ἐξ ἐναντίων) οὐκ ἐν ἴσῳ δίεισι χρόνῳ· καὶ σφόδρα γε ὦ θαυμάσιε· τὸ μὲν γὰρ ἕστηκεν, ὁ δὲ ἀντικινεῖται· εἰ δὲ ἔμενεν ἄμφω, τότ' ἂν παράλογον ἦν. Aperta haec et plana; etiamsi autem Aristoteles multis iisque difficilibus verbis de eadem re egerit, ideo illa nobis suspecta esse non possunt, summaeque insaniae et temeritatis est, si quis ob eam solam causam, quia intelligi non possint, ea Aristoteli abiudicet; quam rationem criticam, facillimam certe, in Aristotelis praesertim operibus adhibere quosdam non puduit. Summo itaque studio et diligentissima cura enitendum est, ut illis obscuris verbis bonum sensum inesse monstremus. A Simplicio autem, qui falsa et perversa de hoc loco disputavit, refutando ordiamur; dicit enim (fol. 237 b): στάδιον ὑποτίθεται, ἐφ οὗ τὸ δε — quod eum ex suo Aristotelis exemplari sumpsisse, aliquis suspicari possit, vix vero crediderim —, καὶ τέσσαρα μεγέθη ἢ ὁσαοῦν, ἄρτια μόνον ὥστε ἔχειν ἥμισυ, ἰσόγκα .... ἐφ' ὧν τὰ αααα, ὡς τὸ μέσον διάστημα ἐπέχειν τοῦ σταδίου ἑστῶτα ταῦτα .... καὶ λαμβάνει ἄλλους τέσσαρας ὄγκους ἢ κύβους ἴσους τοῖς ἑστῶσι καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἐφ' ὧν τὰ βββββ, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ σταδίου, τελευτῶντας δὲ κατὰ τὸ μέσον τῶν τεττάρων αααα, (— cui ratio geometrica repugnat, quum stadii longitudo et corporum numerus iam antea definita sint; casu enim tantum accidere posset, ut totidem corpora spatium a dimidio stadii usque ad finem implerent —) κινουμένους δὲ τούτους ὡς ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ στα-

δίου τὸ ε .... διὸ καὶ τὸ πρῶτον β κατὰ τοῦ μέσου τίθησι τῶν ἑστώτων αααα· εἶτα καὶ ἄλλους ἴσους τῷ μεγέθει καὶ τῷ ἀριθμῷ τοῖς βββββ δηλονότι καὶ τοῖς αααα λαμβάνει, ἐφ' ὧν τὰ γγγγ ἀντικειμένους (legendum *ἀντικινουμένους*) *τοῖς βββββ, τῶν γὰρ βββββ ἀπὸ τοῦ μέσου τοῦ σταδίου .... ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ σταδίου τὸ ε κινουμένων οἱ γγγγ ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου μέρους, ἐν ᾧ τὸ ε, ἐπὶ τὸ δ κινοῦνται τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ σταδίου .... τίθησι δὲ τὸ πρῶτον γ κατὰ τοῦ πρώτου β· τοιαύτης οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς θέσεως ὑποτεθείσης, ἐὰν τῶν αααα ἑστώτων τὰ μὲν βββββ κινῆται ὡς ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν τε αααα καὶ τοῦ σταδίου ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ σταδίου τὸ ε, τὰ δὲ γγγγ ὡς ἀπὸ ἐσχάτου τοῦ σταδίου ἐπὶ τὴν ἀρχὴν δηλονότι κ. τ. λ.* iam vero, quum hunc certe in modum illa corpora disposuerit:



apparet, quam prave locum intellexerit; utraque enim corpora hac ratione e medio stadio motus initium haberent, non alterum e medio alterum e fine, ut Aristoteles manifeste dicit (p. 239, b, 33) *κινουμένων ἐξ ἐναντίας ἴσων ὄγκων παρ' ἴσους, τῶν μὲν ἀπὸ τέλους τοῦ σταδίου τῶν δ' ἀπὸ μέσου*, — quae cum explicatione sua non congruere Simplicius ipse sentiens his utitur verbis: *τὰ μὲν κινεῖται ὡς ἀπὸ τοῦ μέσου .... τὰ δὲ ὡς ἀπὸ ἐσχάτου* (*tanquam a medio* et *tanquam a fine*); nec minus false Aristotelis verba *συμβαίνει δὲ τὸ γ παρὰ πάντα τὰ α διεληλυθέναι, τὸ δὲ β παρὰ τὰ ἡμίση* (ita enim legit) explicat (fol. 238):

ὅτι μὲν τὸ β τὸ ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α ἀρχόμενον διὰ τῶν δύο αα ἐκινήθη ἢ διὰ τῶν ἡμίσεων ὁπόσα ἂν ἦν ἄρτια, ἐν ὅσῳ τὸ γ διὰ τῶν διπλασίων β δίεισι, δῆλον .... πῶς δὲ παρὰ πάντα τὰ α τὸ γ διελήλυθεν; οὔτε γὰρ παρὰ ταῦτα ἐκινεῖτο ἀλλὰ παρὰ τὰ β οὔτε ἀπ' ἀρχῆς τῶν α ἐκινεῖτο, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς τῶν β, ἥτις ἦν κατὰ τὸ μέσον τῶν α· πῶς οὖν τὸ γ παρὰ πάντα τὰ α κεκίνηται; ἢ ὅτι καὶ τὰ β ἴσα ἦν τοῖς α· τὸ οὖν γ, ἐν ὅσῳ χρόνῳ παρὰ τὰ β κεκίνηται, εἴη ἂν καὶ παρὰ τὰ α τὰ ἴσα τοῖς β κεκινημένον· καὶ ὁ παραλογισμὸς ἐνταῦθά ἐστιν, ὅτι ἔλαβεν ἁπλῶς ἐν ἴσῳ χρόνῳ κινούμενον τὸ παρὰ ἴσα κινούμενον, μὴ προσλογιζόμενος, ὅτι τῶν ἴσων τὰ μὲν ἀντικινούμενα ἦν τὰ δὲ ἑστῶτα, — quis enim credat, Aristotelem, quum proprie rem significare potuerit, tam contraria a vero dixisse; corpora enim γ, si eorum motum in corporibus α metiaris, duo tantum praetereunt, non omnia; et etiamsi quis dicere possit, corpora γ praeter omnia α praeteritura fuisse, si quidem eo loco, |quo τὰ β, posita fuissent, minime tamen inde dicere licet: τὸ γ διελήλυθεν παρὰ πάντα τὰ α. Male etiam verba ὥστε ἥμισυν εἶναι τὸν χρόνον· ἴσον γὰρ ἑκάτερόν ἐστι παρ' ἕκαστον interpretatur: εἰπὼν δὲ ὅτι συμβαίνει τὸ γ παρὰ πάντα τὰ α διεληλυθέναι, διότι παρὰ πάντα τὰ β διέρχεται, μεταξὺ θεὶς τὰ ἑπόμενα ἄτοπα τότε ἥμισυ διάστημα τῷ διπλασίῳ διαστήματι ταὐτὸν εἶναι καὶ τὸν ἥμισυν χρόνον τῷ διπλασίῳ χρόνῳ, ἐπήγαγεν ὅτι ἅμα συμβαίνει κ. τ. λ. putavit enim, haec verba, quae conclusionem contineant, iam nunc Aristotelem anticipata inseruisse, non vero vidit cardinem argu-

mentorum, quibus doceatur, unum idemque tempus ex Zenonis sententia suo ipsius dimidio par esse debere, neque animadvertit, argumentationem in duas disiungi partes, alteram, qua monstretur, tempus esse dimidium (usque ad verba *ἅμα δὲ συμβέβηκε*), alteram, qua monstretur, tempus non dimidium sed par esse (usque ad verba *ὁ μὲν οὖν λόγος*). Neque ex illa transpositione, quam Alexander apud Simplicium proponit, aliquid proficimus: *δύναται δέ φησιν ὁ Ἀλέξανδρος τῷ „συμβέβηκε δὲ τὸ γ παρὰ πάντα τὰ α διεληλυθέναι“ ἑξῆς εἶναι τὸ „ἴσον χρόνον παρ' ἕκαστον γινόμενον τῶν β ὅσον περ τῶν α“ εἶτα ἐφεξῆς „τὸ δὲ β παρὰ τὰ ἡμίση“ ἕως τοῦ „ἅμα γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον γ καὶ τὸ πρῶτον β ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις“ ἐφεξῆς δὲ τούτοις τὸ „τὸ διὰ τὸ ἀμφότερα ἴσον χρόνον ἔσται κατὰ τὸ α γίγνεσθαι.“* —

Quum itaque tantum absit, ut Simplicius dilucide rem exposuerit*), ut explicationem prorsus falsam protulerit, ex ipsis iam Aristotelis verbis sensum extricare debemus; qua in re iis, quorum lectio integra atque certa est, tanquam ducibus utendum erit. Dicit Arist. *τέταρτος δ' ὁ περὶ τῶν ἐν τῷ σταδίῳ κινουμένων ἐξ ἐναντίας ἴσων ὄγκων παρ' ἴσους, τῶν μὲν ἀπὸ τέλους τοῦ σταδίου τῶν δ' ἀπὸ μέσου ἴσῳ τάχει, ἐν ᾧ συμβαίνειν οἴεται ἴσον εἶναι χρόνον τῷ διπλασίῳ τὸν ἥμισυν, ἔστι δ' ὁ παραλογισμὸς ἐν τῷ τὸ μὲν παρὰ*

*) C. H. Weisse pag. 608: *die Schwerfälligkeit und Lückenhaftigkeit dieser Auseinandersetzung, welche so arg ist, dass es ohne die lichtvolle Erläuterung des Simplicius fast unmöglich halten würde, sie zu verstehen etc.*

κινούμενον τὸ δὲ παρ' ἠρεμοῦν τὸ ἴσον μέγεθος ἀξιοῦν τῷ ἴσῳ τάχει τὸν ἴσον φέρεσθαι χρόνον i. e. *duo corpora in stadio currunt, quorum alterum a medio stadio incipit, alterum a fine; id igitur corpus, quod a medio inceperat, dimidium stadii adhuc percurrere debet; id autem, quod a fine inceperat, totum stadium adhuc percurrere debet; res vero ita acta esse debet, ut eodem tempore suum utrumque cursum perficiat, i. e. ut dimidium temporis, quo opus esset ad percurrendum dimidium, toti tempori, quo opus esset ad percurrendum totum stadium, aequale videatur; huius vero erroris causa erat, quod τὸ μὲν παρὰ κινούμενον τὸ δὲ παρ' ἠρεμοῦν movebatur,* i. e. Zeno non animadvertit, facile sane fieri posse, ut alterum corpus duplicem viam percurrat, quam alterum, siquidem illud contra corpus et ipsum currens currit, hoc vero contra quiescens. Si autem in stadio duorum corporum alterum a medio alterum a fine currit, ea demum conditione eodem tempore utrumque ad finem suum perveniet, ut illi, quod ab extremo stadio cursum instituit, stadium ipsum obviam currat; et tunc revera duplex tempus simplici aequale esse videtur. Aliter haec priora Aristotelis verba explicari non possunt, nec offendere potest, quod stadium ipsum moveri dicatur; saepius enim auctor affirmat, perinde esse, num nos moveamur an res (*οὐδὲν διαφέρει ὁποτερονοῦν εἶναι τὸ κινούμενον* VI, 7, p. 238, b, 3; *οὐδὲν διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ ὁρώμενον*, d. coel. II, 8, p. 290, 24; *διαφέρει οὐδὲν τὸ ὁρώμενον μεταβάλλειν ἢ τὴν ὄψιν*

meteor. III, 4, p. 374, b, 22); at ne illud quidem obstat, quod syllogismus ipse ὁ περὶ τῶν ἐν τῷ σταδίῳ κινουμένων ὄγκων nominetur; ea enim solita tantum significatio erat, qua eum appellabant, sicuti ὁ καλούμενος Ἀχιλλεὺς et ἡ ὀϊστὸς φερομένη*). Si itaque stadium ipsum obviam movetur illi corpori, quod a fine stadii initium motus habet, plura vero, quam duo corpora mota non sunt, iam necesse est, ut stadium etiam vice illius alterius moti corporis fungatur et tertium quoddam quiescens adsit, in quo huius motum metiamur. Hac demum ratione intelligi potest, cur Aristoteles tot verbis rem exponat, quam primo aspectu quivis mente percepisse sibi videatur; revera enim opus erat, ut hanc difficillimam argumentationem et intricatum sophisma pluribus verbis, quin figuris**) illustraret.

Si igitur singulis litteris singula corpora significemus, huncce in modum ea fuisse disposita putamus:

α α α α α α α α

β β β β β β β β →

← γ γ γ γ γ γ γ γ

corpora β sunt stadium, in quo quidem corpora γ a fine incipientia et corpora α a medio incipientia decurrere deberent; quum vero corporibus γ, quae totam

*) Aristoteles ipse (phys. ausc. VI, 2, p. 233, b, 23) eam argumentandi rationem, qua docuerat, τὸ νῦν ἀδιαίρετον esse, τὸν λόγον τοῦ τάχους appellavit.

**) Aristotelem figuras textui inseruisse, sexcenti loci monstrant, quorum nonnullis distincte lectorem ad contemplandam descriptionem ablegat: meteor. I, 8, p. 346, 31; ibid. II, 6, p. 363, 25; ibid. III, 5, p. 375, b, 18; et saepius in hist. anim. et de gener. anim.

ab altero ad alterum finem viam eodem tempore, quo corpora α dimidium viae perficere debeant, ob ipsam hanc causam stadium ipsum obviam currere debeat, apparet, hoc motu iam effici, ut dimidium stadii a corporibus α quamvis quiescentibus transeatur. Quo corpora moveantur, teli signo notavimus. Iam videndum, quomodo verba Aristotelis, quae sequuntur, congruant: *ἕστωσαν οἱ ἑστῶτες ἴσοι ὄγκοι, ἐφ' ὧν τὰ αα* (quot α scribantur, nil interest, si modo par numerus est), *οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ ββ ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α, ἴσοι τὸν ἀριθμὸν τούτοις ὄντες καὶ τὸ μέγεθος*, — optime haec quidem, — *οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ γγ ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου, ἴσοι ἀριθμὸν ὄντες τούτοις καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἰσοταχεῖς τοῖς β* i. e. *corpora γ incipiunt ab extremo sc. stadio, ab extremo β igitur,* et revera cod. F post *ἐσχάτου* addit *τῶν β*, quod iam Alexandrum in quibusdam codicibus invenisse Simplicius testis est (*οὐ δὴ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου β, ὅπερ ὡς ἔοικεν ἔν τισιν ἀντιγράφοις εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἠναγκάσθη λέγειν κ. τ. λ.*); facile autem intelligitur, cur iam primis temporibus omissum sit, quia scilicet putabant, ab extremo α tanquam stadii fine corporum γ initium esse; pergit Arist. *συμβαίνει δὴ τὸ πρῶτον β ἅμα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ εἶναι καὶ τὸ πρῶτον γ παρ' ἄλληλα κινουμένων* i. e. *eodem tempore, quo corpora β motu suo usque ad finem corporum α progressa sunt, etiam corpora γ ad idem extremum α pervenere, — ut nunc ita disposita sint:*

α α α α α α α α

β β β β β β β β →

← γ γ γ γ γ γ γ γ

atque sic demum τὸ πρῶτον β et τὸ πρῶτον γ ἅμα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ ἐστὶ, primum enim β et primum γ ea sunt, quibus lineolam transversam imposuimus, quum τὸ πρῶτον id sit, ὅθεν ἄρχεταί τι, corpora β autem a medio inceperint et corpora γ a fine. Sequuntur verba: συμβαίνει δὴ (haec enim lectio alteri δὲ praeferenda est*) τὸ γ παρὰ πάντα τὰ β διεξεληλυθέναι, τὰ δὲ β παρὰ τὰ ἥμίση i. e. *corpora γ praeter omnia β praeterierunt, corpora β vero praeter dimidium tantum numerum;* ita enim verba τὰ ἥμίση, nisi addatur α, explicanda essent; sed quum in verbis πάντα τὰ β optimus codex E articulum omittat, littera autem β ipsa lectionis varietate (alii enim codd. habent α) suspecta reddatur, verba τὰ β spuria iudicamus, qualia talibus locis saepissime a librariis inserebantur, pro τὸ γ autem propter alterum antitheseos membrum (τὰ δὲ β) ex optimis codd. EI τὰ γ recipimus sensu inde non mutato, ut haec in hunc modum restituta: συμβαίνει δὴ τὰ γ παρὰ πάντα διεξεληλυθέναι, τὰ δὲ β παρὰ τὰ ἥμίση — hunc optimum praebeant sensum: inde fit, ut corpora γ praeter omnia (quae sc. praetereunda fuerant) praeterierint, corpora β autem praeter dimidium tantum. Pergit auctor: ὥστε ἥμισυν εἶναι τὸν χρόνον, ἴσον γὰρ ἑκάτερόν ἐστι παρ' ἕκαστον — i. e. *inde sequitur, ut etiam dimidium sit et ipsum tempus, quum utrumque* (*i. e. corpus γ et corpus β*) *aequale tempus*

*) Ita V, 2, p. 226, 23 ἐπεὶ δὲ in ἐπεὶ δὴ mutandum est; prorsus inepte vero particula δὴ posita est VII, 1, p. 242, 19, ubi pro verbis οὐ δὴ εἰς ἄπειρον πρόεισι duce codice H, qui praebet οὐκ, legendum est οὐκ εἰς ἄπειρον δὲ πρόεισι.

consumat in praetereundo quovis singulo corpore, quod praeterit; (corpora β igitur quatuor tantum temporis spatia consumunt, corpora γ autem octo — ex Zenonis scil. opinione —, ita ut tempus sit dimidium) —, et haec est prior pars argumentationis, restat enim altera, qua demonstretur, eadem corpora β etiam octo temporis spatia consumere, ita ut quatuor et octo idem esse deberet. Sequuntur autem haec: ἅμα δὲ συμβαίνει τὰ β παρὰ πάντα τὰ γ παρεληλυθέναι i. e. *simul autem corpora β praeter omnia γ praeterierunt, ita videlicet ut et ipsa octo temporis spatia consumere debeant.* In his si pro τὰ β ex cod. E τὸ β receperimus et sequentia ἅμα γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον γ καὶ τὸ πρῶτον β ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις, quum causam tantum iam ex prioribus dilucidam addant, parenthetice ponamus, hic nexus inde eveniet: ἅμα δὲ συμβαίνει τὸ β παρὰ πάντα τὰ γ παρεληλυθέναι (ἅμα γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον γ καὶ τὸ πρῶτον β ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις) ἴσον χρόνον παρ' ἕκαστον γινόμενον τῶν β ὅσον περ τῶν α, ὥς φησι, — iam vero apparet, pro τῶν β scribendum esse τῶν γ, sensum enim hunc desideramus: *verum etiam praeter omnia γ corpora β praeterierunt, quum iterum idem tempus in praetereundo quovis singulo α et quovis singulo γ consumpserint,* (— ὥς φησι —) *ex eius scilicet falsa opinione; (ita ut corpora β eodem tempore quatuor et octo temporis spatia consumsisse debeant)*; causam vero, cur corpora β in praetereundis singulis α et γ idem tempus consumant, addit his verbis: διὰ τὸ ἀμφότερα ἴσον χρόνον παρὰ τὰ α γίγνεσθαι, — in quibus pro α scribendum est β i. e.

quum utraque — singula α et singula γ — idem tempus in praetereundo β consumant. Totus itaque locus singulis, quas proposuimus, emendationibus receptis ita decurret: *οἷον ἕστωσαν οἱ ἑστῶτες ἴσοι ὄγκοι ἐφ' ὧν τὰ αα, οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ ββ ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α, ἴσοι τὸν ἀριθμὸν τούτοις ὄντες καὶ τὸ μέγεθος, οἱ δ' ἐφ' ὧν τὰ γγ ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου τῶν β, ἴσοι τὸν ἀριθμὸν τούτοις ὄντες καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἰσοταχεῖς τοῖς β· συμβαίνει δὴ τὸ πρῶτον β ἅμα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ εἶναι καὶ τὸ πρῶτον γ παρ' ἄλληλα κινουμένων· συμβαίνει δὴ τὰ γ παρὰ πάντα διεξεληλυθέναι, τὰ δὲ β παρὰ τὰ ἡμίση· ὥστε ἥμισυν εἶναι τὸν χρόνον, ἴσον γὰρ ἑκάτερόν ἐστι παρ' ἕκαστον· ἅμα δὲ συμβαίνει τὸ β παρὰ πάντα τὰ γ παρεληλυθέναι (ἅμα γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον γ καὶ τὸ πρῶτον β ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις) ἴσον χρόνον παρ' ἕκαστον γινόμενον τῶν γ ὅσον περ τῶν α, ὡς φησι, διὰ τὸ ἀμφότερα ἴσον χρόνον παρὰ τὰ β γίγνεσθαι.* — In eo quidem aliquis haerere possit, quod stadium et ipsum currere debeat, altera vero eorum corporum, quae moveri debeant, stent, — sed mathematica ut ita dicam necessitate cogimur, ut hanc explicationem sequamur, si quidem illa verba *οἱ δὲ ... ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ μέσου ... οἱ δὲ ... ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου* tenemus; haec autem aut eiicere aut immutare temeritatis esset haud parvae, quum licere putemus, ut litterulas illas singulas in posteriore periodi parte corrigamus, quippe quae ex libero librariorum arbitrio facillime mutari potuerint. Quo accedit, quod fortasse, ut iam diximus, in illa ipsa ratione, ut videtur, perversa argumentationis

difficultas posita fuit; simpliciore enim via atque faciliore certe eadem Zeno docere potuerat, si corpora mota utraque a medio stadio e regione currentia fecisset.

Lib. VII, c. 4, pag. 248, 12.

ὁμοταχὲς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσον κινούμενον] Quinam motus secum invicem comparari possint, Aristoteles examinans primum absurda inde sequi, si quilibet cum quolibet comparari possit, monstrat: *εἰ δή ἐστι πᾶσα συμβλητὴ καὶ ὁμοταχὲς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσον κινούμενον, ἔσται περιφερής τις ἴση εὐθείᾳ κ. τ. λ.* Apparet autem, *τὸ ὁμοταχὲς* de iis rebus tantum praedicari posse, quarum motus comparari possit, et omnem itaque rem ex eo pendere, quid *τὸ ὁμοταχὲς* appellemus; quo enim plura motus genera invicem comparari posse putamus, eo latius notio *τοῦ ὁμοταχοῦς* patere debet; iam igitur latissime, ubi quaeritur, num quilibet motus cum quolibet comparari possit, et *ὁμοταχὲς* tunc omne id erit, quod aequali tempore motum suum finit, non id, quod *ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσον κινεῖται;* illud *ἴσον* enim eiiciendum. Atque hoc quum aperta Aristotelis verba monstrant, qui dicat, *ἀλλοίωσιν* tunc et *φορὰν* aequalem futuram fuisse, si temporis aequalitas iam et motus aequales redderet (si enim etiam id, quod motus efficit, aequale esse deberet, *ἀλλοίωσις* et *φορὰ* nunquam sibi aequales esse possent), — tum totius capitis sensus docet, quum iam (v. 16) missa hac nimis lata *τοῦ ὁμοταχοῦς* notione alia proponatur: *ἀλλ' ἄρα ὅταν ἐν ἴσῳ ἴσον κινηθῇ, τότε ἰσοταχές;* et ne hac quidem probata tertiam eamque veram auctor docet: *τὸ ἰσοταχὲς τὸ ἐν*

ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτὸ μεταβάλλον. Hunc disputationis progressum non intelligens librarius facile iam primo loco, a quo aliquid abesse putaret, illud *ἴσον* addere potuit.

Lib. VII, c. 4, pag. 248, 22.

ἔτι οὐδὲν διαφέρει οὐδ' ἐν τῷ λόγῳ] Quaerit Aristoteles, num circuli motus et directus motus una mensura inter se comparari possint, et dicit, *partim absurdum esse, si non comparari possint et utique circuli motus celerior vel tardior esse deberet, quam directus* (*ἄτοπόν τε γὰρ, εἰ μή ἐστι κύκλῳ ὁμοίως τουτὶ κινεῖσθαι καὶ τοῦτο ἐπὶ τῆς εὐθείας, ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκη ἢ θᾶττον ἢ βραδύτερον ὥςπερ εἰ κάταντες τὸ δ' ἄναντες*) *ac ne multum quidem inde nos lucrari, si dicamus, semper aut celeriorem aut tardiorem circuli motum esse, nam si tardior et celerior, etiam circulum ipsum aut maiorem aut minorem esse quam lineam directam, tunc vero etiam aequalem esse posse* (*ἔτι οὐδὲν διαφέρει οὐδ' ἐν τῷ λόγῳ, εἴ τις φήσειεν ἀνάγκην εἶναι θᾶττον εὐθὺς ἢ βραδύτερον κινεῖσθαι· ἔσται γὰρ μείζων καὶ ἐλάττων ἡ περιφερὴς τῆς εὐθείας ὥστε καὶ ἴση*), — *partim fieri non posse, ut illi duo motus comparentur etc.* In illis autem verbis *ἔτι οὐδὲν διαφέρει οὐδ' ἐν τῷ λόγῳ* a codicibus EK *ἔτι*, a codice F vero *οὐδ' ἐν* omittitur; quae quum lectionis varietas antiquum mendum prodat, tum ne occurrit quidem apud Aristotelem *διαφέρει ἐν τῷ λόγῳ*, sed ubique *διαφέρει τῷ λόγῳ*, — omisso itaque illo *ἔτι*, quod et ipsum offendit, legendum est *οὐδὲ διαφέρει οὐδὲν τῷ λόγῳ.*

Lib. VIII, c. 3, pag. 254, 21.

Aristoteles de propria motus causa, quia omnia ab aliqua re moveantur, disputaturus hoc capite distinguit, quomodo in rebus motus genera et conditio distributa esse possint, et docet, *aut omnibus rebus eandem conditionem esse posse sive omnes res moveantur sive omnes quiescant, aut diversam conditionem esse posse, ita ut aliae res moveantur aliae quiescant; tunc autem triplicem iterum statum distinguendum esse, quia aut omnes res ita in mobiles et immobiles dividi possint, ut transitus ab altera conditione in alteram non sit, aut ita ut omnibus ille transitus sit, aut denique ita ut non solum res sint, quae ab altera conditione ad alteram transire possint, sed etiam res, quae non possint et aliae semper mobiles aliae semper immobiles sint* (p. 253,24 *ἀνάγκη δ' ἤτοι πάντα ἠρεμεῖν ἀεὶ ἢ πάντ' ἀεὶ κινεῖσθαι ἢ τὰ μὲν κινεῖσθαι τὰ δ' ἠρεμεῖν· καὶ πάλιν τούτων ἤτοι τὰ μὲν κινούμενα κινεῖσθαι ἀεὶ τὰ δ' ἠρεμοῦντα ἠρεμεῖν, ἢ πάντα πεφυκέναι ὁμοίως κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν ἢ τὸ λοιπὸν ἔτι καὶ τρίτον, ἐνδέχεται γὰρ τὰ μὲν ἀεὶ τῶν ὄντων ἀκίνητα εἶναι τὰ δ' ἀεὶ κινούμενα τὰ δ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν*). Sub finem autem capitis, ubi auctor sibi iterum ab hac divisione egrediendum esse dicit, in codicibus unum membrum excidit; ibi enim est (p. 254, 16 sq.) *ἀρχὴν δὲ πάλιν ποιητέον ἀπὸ τῶν νῦν διορισθέντων τὴν αὐτὴν ἥνπερ ἠρξάμεθα πρότερον· ἢ γάρ τοι πάντα ἠρεμεῖ ἢ πάντα κινεῖται ἢ τὰ μὲν ἠρεμεῖ τὰ δὲ κινεῖται τῶν ὄντων· καὶ εἰ τὰ μὲν ἠρεμεῖ τὰ δὲ κινεῖται, ἀνάγκη ἤτοι πάντα ὁτὲ*

μὲν ἠρεμεῖν ὁτὲ δὲ κινεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν ἀεὶ ἠρεμεῖν τὰ δ' ἀεὶ κινεῖσθαι αὐτῶν, τὰ δ' ὁτὲ μὲν ἠρεμεῖν ὁτὲ δὲ κινεῖσθαι, — desunt itaque ea verba, quae doceant, alias res semper moveri alias semper quiescere (ita videlicet, ut nullae sint, quae utriusque conditionis participes esse possint). Sin repetitis verbis ἢ τὰ μὲν ἀεὶ ἠρεμεῖν τὰ δ' ἀεὶ κινεῖσθαι lacunam expleverimus, optime omnia se habebunt*). Ceterum iam Simplicius ea desiderabat, consulto autem omissa esse arbitrabatur.

Lib. VIII, c. 4, pag. 254, b, 16.

Aristoteles de variis motus causis agens dicit: τῶν δὲ καθ' αὑτὰ τὰ μὲν ὑφ' ἑαυτοῦ τὰ δ' ὑπ' ἄλλου (sc. κινεῖται) καὶ τὰ μὲν φύσει τὰ δὲ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν· τό τε γὰρ αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ κινούμενον φύσει κινεῖται οἷον ἕκαστον τῶν ζῴων (κινεῖται γὰρ τὸ ζῷον αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ), ὅσων δ' ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς τῆς κινήσεως, ταῦτα φύσει φαμὲν κινεῖσθαι — ita enim interpunctione distinguendum est —; illud τό τε autem desiderat, quod sibi respondeat, neque solum sensu sed etiam verbis in illo ὅσων δ' invenire debet; duce codice K, qui habet ὅσων τε legendum est ὅσων θ' hoc sensu: *non solum enim ea, quae a se ipsis moventur sicut animantia, natura moveri dicimus, sed etiam ea, quorum principium motus in ipsis est.*

Lib. VIII, c. 8, pag. 264, b, 1.

δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐκ ἔστι συνεχὴς ἡ κίνησις] Ex totius capitis sensu ac nexu apparet,

*) Conf., quae supra pag. 5 in adnot. diximus.

post κίνησιν excidisse verba ἢ κατ' εὐθεῖαν, nam id ipsum auctor demonstrare vult ac debet, *circuli motum continuum esse posse, in directa autem linea motum in eo puncto, ubi reditus incipiat, semper aliquantulum cessare:* ex mente vero quominus illa verba supplendo intelligamus, altera antitheseos verba prohibent (v. 9 ἡ δ' ἐπὶ τῆς περιφεροῦς ἔσται μία καὶ συνεχής).

De locis interpolatis in physicis auscultationibus.

Hoc additamentum si adiungimus, obtestamur, ne illorum, qui singulos locos et integros Aristotelis libros ex arbitrio auctori abiudicavere, socii in dilacerando Aristotele habeamur; futiles enim istae opiniones, quae argumentis nunquam firmari poterunt, vero litterarum studio noxiae eam tantum utilitatem afferre possunt, ut doceamur, illa via non ingrediendum esse. At quum constet, quam malam certe sortem Aristotelis opera tulerint, tum dubitanter tantum et caute illi textui, qui nobis traditus est, fidendum erit, ex quo Leonardus Spengel docuit, integrum septimum phys. ausc. librum duplici forma exstare*). Lingua praesertim et usus singulorum verborum apud Aristotelem solemnis eos libros primum suspectos reddunt, quos doctrinae deinde di-

*) *Ueber das siebente Buch der Physik des Aristoteles, ein Beitrag zur Geschichte des Textes der aristotelischen Schriften in Abhdl. d. Münchn. Acad. d. Wiss.* III, 2, pag. 317: „*Diese Entdeckung ist eben so unerfreulich als unerwartet; denn was sollen wir von einem doppelten Aristoteles halten, und wenn ein volles Buch in einem andern Kleide erscheint, warum nicht die ganze Physik, ja vielleicht auch andere Werke? wie sollte jenes Buch allein die Ehre erlangt haben, in zweifacher Gestalt auftreten zu dürfen?*"

versitas spurios esse evincit; ita etiam singulis locis iisque imprimis, quibus priora in unum conspectum colliguntur, constructionis negligentia vel verborum usus soloecus vel enunciata inaniter repetita docere solent, ab Aristotele saltem ipso talia non scripta esse, etiamsi doctrinae concentus persuadeat, ut peripateticum certe philosophum vel scholiastam auctorem agnoscamus. Iam igitur aliquot locos afferamus, quos suspectos putemus.

Lib. I, c. 2, pag. 185, 9. Aristoteles postquam Parmenidis et Melissi doctrinam ad physicum non attinere philosophum eorumque argumenta inde non refutanda esse dixit, haec verba addit: *καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι καὶ ἀσυλλόγιστοί εἰσιν αὐτῶν οἱ λόγοι· μᾶλλον δ' ὁ Μελίσσου φορτικὸς καὶ οὐκ ἔχων ἀπορίαν, ἀλλ' ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τἄλλα συμβαίνει· τοῦτο δ' οὐ χαλεπόν.* Haec eadem autem verba initio cap. 3, pag. 186, 7 iterum leguntur, ex quo loco priori adscripta esse videntur; quae vero verba antecedentia quoque *ὅπερ ἀμφότεροι μὲν ἔχουσιν οἱ λόγοι καὶ ὁ Μελίσσου καὶ ὁ Παρμενίδου* Bekkerus eiecta vult, ea libenter retinuerim, non solum quia haec non iisdem verbis posteriore loco recurrunt, sed etiam quia opus fuisse videtur, ut horum philosophorum nomina verbis *εἴ τις φαίη ἄνθρωπον ἕνα τὸ ὂν εἶναι ἢ λύειν λόγον ἐριστικὸν* addantur, quemadmodum Heracliti nomen subiungitur illis verbis (v. 5) *πρὸς ἄλλην θέσιν διοιανοῦν ... τῶν λόγου ἕνεκα λεγομένων.*

Lib. III, c. 2, pag. 202, 8. A primis inde huius libri verbis optimus codex E solus quum permulta ha-

bet, quae glossemata esse apparent (p. 200, b, 13; 201, b, 5; 202, 3), tum plura omittit, quae deesse nequeunt (p. 200, b, 13 et 35; 201, 18), et ad p. 202, 4 Simplicius variam lectionem ex Aspasio et Alexandro affert, ut putare debeamus, hunc locum iam apud veteres variis lectionibus multum depravatum fuisse. Sic postquam Aristoteles dilemmate probavit, suam de motu doctrinam unice veram esse, in conclusione iterum dicit, id quod moveat, et ipsum moveri mutuo tactu (v. 6 *τοῦτο δὲ ποιεῖ θίξις, ὥστε ἅμα καὶ πάσχει· διὸ ἡ κίνησις ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν*), — iam denuo vero haec verba sequuntur: *συμβαίνει δὲ τοῦτο θίξει τοῦ κινητικοῦ, ὥσθ' ἅμα καὶ πάσχει.* Veteres interpretes priora quidem explicando agnoscunt sicut illa: *διὸ ἡ κίνησις ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν*, — haec vero postrema neque explicant neque causam addunt, cur Aristoteles bis posuerit; quod quum ex consuetudine certe fecissent, si quidem ea novissent, a veteribus exemplaribus haec abfuisse videntur, iteratio vero orta ex varia lectione *συμβαίνει δὲ* pro *τοῦτο δὲ ποιεῖ* (v. 6).

Lib. IV, c. 8, pag. 216, b, 17. Argumentis, quibus Aristoteles demonstravit, vacuum non esse, haec verba addita legimus: *ἔτι δεῖ δῆλον εἶναι οἷον κενὸν ἐν τοῖς κινουμένοις· νῦν δ' οὐδαμοῦ ἐντὸς τοῦ κόσμου· ὁ γὰρ ἀὴρ ἔστι τι, οὐ δοκεῖ δέ γε· οὐδὲ τὸ ὕδωρ, εἰ ἦσαν οἱ ἰχθύες σιδηροῖ· τῇ ἁφῇ γὰρ ἡ κρίσις τοῦ ἁπτοῦ*, et conclusio deinde argumentorum sequitur: *ὅτι μὲν τοίνυν οὐκ ἔστι κεχωρισμένον κενὸν, ἐκ τούτων ἐστὶ δῆλον.* Illa autem verba neque ab Alexandro

neque a Philopono neque a Simplicio explicantur, et apud solum Simplicium in lemmate leguntur praeposito vocabulo ΆΛΛΩΣ. Hoc exemplo cognoscimus, quomodo illis locis, quibus plura unius rei argumenta afferantur, alia facile insuper a librariis vel interpretibus addita sint. (At haec glossa ne sensum quidem praebet, quum ipsa male lacera et corrupta in textum irrepserit; primum pro δεῖ legendum foret ἔδει, verba vero εἰ ἦσαν οἱ ἰχθύες σιδηροῖ prorsus absurda sunt; certe enim, etiamsi pisces aenei essent, ideo non aqua vacuum quoddam videretur, quum aequo iure lapides in fundo aquae iacentes pro piscibus aeneis cogitari possent, — sed sensus postulat, ut monstretur, *iis animantibus, quae in aqua vivant, aquam eadem ratione, qua nobis aërem, inanem et κενόν τι videri;* talis vero sensus efficeretur, si ante ἰχθύες quatuor litteras praecedentes ανοι repetamus et post ἰχθύες particulam ἢ inseramus: εἰ ἦσαν οἱ ἄνθρωποι ἰχθύες ἢ σιδηροῖ, — verba deinde sequentia τῇ ἀφῇ γὰρ ἡ κρίσις τοῦ ἅπτοῦ, quae causam adderent, bene cohaererent.)

Lib. IV, c. 9, pag. 217, b, 12. Verba ἔτι ὥσπερ ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια συναγομένη εἰς ἔλαττον οὐκ ἄλλο τι λαμβάνει τὸ κοῖλον, ἀλλ' ὃ ἦν, συνήχθη, καὶ τοῦ πυρὸς ὅ τι ἂν τις λάβῃ πᾶν ἔσται θερμὸν, οὕτω καὶ τὸ πᾶν συναγωγῇ καὶ διαστολῇ τῆς αὐτῆς ὕλης non solum inanem continent repetitionem eorum, quae vv. 2—11 dicta erant, sed etiam usu vocabulorum συναγωγὴ et διαστολὴ glossatorem produnt; idque iam veteres interpretes agnoverunt, ut Simplicius, qui (fol. 163) dicit: αὕτη ἡ ῥῆσις δοκεῖ τὰ πρότερον εἰρη-

μένα πάλιν λέγειν ... καὶ οὐδὲν τοῖς ἤδη εἰρημένοις περὶ τούτου προστίθησιν ... ἀλλ' ἐκείνων τίς ἐστι περίφρασις· διὸ καὶ ἔν τισιν ἀντιγράφοις οὐ φέρεται, ὡς ἀπὸ παραγραφῆς εἰσενεχθεῖσα· τοιοῦτος καὶ ὁ τοῦ λόγου χαρακτὴρ, ἀλλ' ἕπεται τῇ δείξει (legendum λέξει) τῇ λεγούσῃ· „ἔστι δὲ τὸ μὲν πυκνὸν βαρὺ τὸ δὲ μανὸν κοῦφον" ἡ λέγουσα· „δύο γάρ ἐστιν ἀφ' ἑκατέρου τοῦ τε πυκνοῦ καὶ τοῦ μανοῦ" καὶ τὰ ἑξῆς. Philoponus autem quamvis hoc concedat, tamen tanquam ἀνάληψιν ea defendere velle videtur dicens: τὰ αὐτὰ πάλιν ἐν τούτοις λέγει· ὅθεν ἀπὸ ταύτης τῆς ῥήσεως, ἧς παρεθέμεθα, ἕως τοῦ „συναγωγῇ καὶ διαστολῇ τῆς αὐτῆς ὕλης" νοθεύουσιν οἱ ἐξηγηταί· ἴσως δὲ ἐπανάληψίς ἐστιν. Themistius (fol. 44) quum in codicibus legisse videtur tum ea circumscribit, priora ad μάνωσιν et πύκνωσιν referens, haec vero posteriora ad πίλησιν et συστολὴν his verbis: καὶ ἀνάπαλιν ἐπὶ τῆς πιλήσεως καὶ συστολῆς, καθάπερ ἐπὶ τῆς περιφερείας ἐδείχθη τοῦ κύκλου κ. τ. λ.

Lib. IV, c. 11, pag. 219, b, 8. Temporis notione definita Aristoteles pergit: ἐπεὶ δ' ἀριθμὸς ἔστι διχῶς (καὶ γὰρ τὸ ἀριθμούμενον καὶ τὸ ἀριθμητὸν ἀριθμὸν λέγομεν καὶ ᾧ ἀριθμοῦμεν), ὁ δὲ (ex codd. FG ὁ δὴ recipiendum) χρόνος ἐστὶ τὸ ἀριθμούμενον καὶ οὐχ ᾧ ἀριθμοῦμεν, — statim autem iterum sequitur ἔστι δ' ἕτερον ᾧ ἀριθμοῦμεν καὶ τὸ ἀριθμούμενον, quod ex antecedentibus male repetitum omnem nexum interrumpit, optime enim cum antecedentibus haec cohaerent: καὶ ὥσπερ ἡ κίνησις ἀεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, καὶ

ὁ χρόνος, ὁ δ' ἅμα πᾶς χρόνος ὁ αὐτός (minore enim interpunctione ante ὁ δὲ distinguendum est) i. e. *si tempus, quod numeratur, numerus motus est, simul cum motu semper aliud et aliud est, universum vero tempus si complectamur, unum est;* iam vero alterum post haec glossema irrepsit: τὸ γὰρ νῦν τὸ αὐτὸ ὅ ποτ' ἦν, τὸ δ' εἶναι αὐτῷ ἕτερον (Aristoteles dicit ὃ ποτ' ὄν, non ὅ ποτ' ἦν), quae verba ex sequentibus (v. 12 sq.), ubi suo loco posita sunt, huc devenere, bis autem dici nequeunt. His omissis oratio optime procedit usque ad verba (v. 14) τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ τὸ νῦν, quae, nisi addas εἶναι (quod num Philoponus re vera legerit, dubium est, quum dicat: τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ φησι καὶ τὸ νῦν εἶναι), non significare possunt, quod interpretes volunt: „*et hoc illi sc.* τῷ νῦν *suum* εἶναι *erat,*" — sed manifestum est, a glossatore ea addita esse: τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ sc. τῷ Ἀριστοτέλει τὸ νῦν memore c.10,p.218,11; his enim verbis graeci interpretes lectorem ad priores definitiones ablegare solent. Item paullo infra (v. 28) verba ἦ ἀριθμητὸν γὰρ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, τὸ νῦν ἔστι inanem repetitionem verborum v. 25 continent nexumque intercidunt; et haec itaque eiicienda.

Lib. V, c. 6, pag. 231, 5—17. Tota ea ἀπορία, quae post clausulam libri quinti (231, 2 καὶ περὶ μὲν κινήσεως καὶ ἠρεμίας καὶ πῶς ἑκατέρα μία, καὶ τίνες ἐναντίαι τίσιν, εἴρηται) addita est, ab Aristotele quidem ipso scripta esse videtur, alio vero ordine omnia ea, quae a p. 230, b, 21 inde usque ad finem libri leguntur, certe disposita erant, atque ex tanta lectionis varietate, quum optimi duo codices E et H integra

saepe enunciata, quae a ceteris absunt, praebeant, concludi fere possit, similem haec sortem experta esse atque septimum librum; quin fieri potuit, ut illa ipsa ἀπορία, quae nihil novi continens in fine repetitur, tanquam priorum periphrasis adscriberetur.

Typis fratrum Unger.

Ga 113.352
eymbolae criticae in Aristotelis ph
Widener Library
002408046
3 2044 085 102 689